

N. 11002 B.


PAVLI
LEOPARDI

ISEMBERGENSIS FVRNII,
EMENDATIONVM ET MISCELLANEO-
RVM LIBRI VIGINTI.

In quibus plurima tam in Græcis quàm Latinis au-
ctoribus à nemine hactenus animaduersa aut in-
tellecta, explicantur & emendantur.

Tomus prior, decem libros continens.

CVM INDICE COPIOSISSIMO.



*N.º del Colegio de
La Comp. de Jesus
de Granada.*



ANTVERPIÆ,
Ex officina Christophori Plantini.
M. D. LXVIII.

B. 11002-6




N. 11002 B.

PAVLI
LEOPARDI
ISEMBERGENSIS FVRNII,
EMENDATIONVM ET MISCELLANEORVM LIBRI
VIGINTI.

In quibus plurima tam in Græcis quàm Latinis auctoribus à nemine hactenus animaduersa aut intellecta, explicantur & emendantur.

Tomus prior, decem libros continens.

CVM INDICE COPIOSISSIMO.



*N.º del Colegio de
La Comp. de Jesus
de Granada*



ANTVERPIÆ,
Ex officina Christophori Plantini.
M. D. LXVIII.


PRVDENTISSIMIS HVMA-
NISSIMISQVE VRBIS BERGARVM AC
*Bergēsis territorij Senatoribus, dominis suis meritò colendis, Pau-
lus Leopardus Isembergensis, S. D.*

SVMMA PRIVILEGII.

CAVTVM est Regio privilegio, ne quis alius præter Christopho-
rum Plantinum, librum, cui titulus est, Pauli Leopardi Furnij emen-
dationum & miscellaneorum libr. xx, &c. imprimat, vel alibi im-
pressum vëdat hinc ad sexennium, sub pœna confiscationis librorum, vt la-
tius patet in literis datis Bruxellæ 20. Ianuarij, M. D. LXIIII.

Subsignat.

De Langhe.

VV M primo quoque tempore ingenio-
li nostri hic qualiscunq; partus, aut
ἔξ ἀμβραμα potius, in publicū prodire vel-
let, neq; quicquam aliud editionē eius
moraretur, quàm quodd *ἀπεροφωήτως* exi-
re recusaret: vestro potissimū nomini,
viri clarissimi, hoc quicquid est operis offerre dedica-
req; visum est: partim vt esset animi mei erga vos tā
præclare de me meritos pignus quoddā; partim quodd
vobis præteritis sine insigni ingratitude nota alij
eum donare non potuerim. Nam quicquid agellus
hic noster iam propemodum effœtus parit, dū vobis
vestræque iuuentuti inferuio, solis vestro iure deberi
scio. Non hic (quod alios plerosq; facere non ignoro)
in laudes digrediar vestras, neq; referā quàm inuictō
planeq; heroico animo omnes aduersæ fortunæ im-
petus atque iniurias exceperitis contēpseritisq;. Infi-
nitum enim hoc esset, & iusti operis argumētū. Hoc
tantū nunc liberè profitebor, dignos vos mihi videri
meliori fortuna, qui nunquam destitistis viros doctos
amplis salariis conducere, quos gymnasio vestro cele-
berrimo præficeretis. Testantur hoc Despauterij, Cu-
rij, Cellarij, aliorumq; vobis dedicati labores. Est hoc
quoque egregiū animi vestri erga literas monumen-
tum, quodd gymnasio vnà cum vrbe vestra florentissi-
ma, proximo bello Gallico, incēdio conflagrato, nulli
pepercistis sumptui in nouo extruendo, superiori illi
aut pari aut certè magnificentia non multò inferiori.
Porro ad hoc opus quod attinet, magno mihi labore
constitit eius collectio. magna etiam eius pars hæsit
abhinc annos viginti apud Rutgerum Resciū, olim
* 2 & pro-

& professorem Græcum & typographū, & mihi præceptorem. Illius autem morte factum est vt labores nostri *ad videri* ad nos redierint. Interea in eodem argumento exierunt in publicum Victorij, Brodæi, Iunij, Hartungi, Sigonij, Robortelli & Nannij doctissimæ obseruationes. hi effecerūt vt multa ex meis fuerint omittenda, nisi vellem edita ab aliis iterum publicare. Et quia pauca erant mihi reliqua ab aliis intacta, nihil iam amplius de editione cogitabam, quum ecce de improviso venit ad me, & patriæ communiōe & multis aliis de causis mihi coniunctissimus, Franciscus Nansius Isenbergensis I. C. negās hoc me debere ab editione deterrere, quum quid vbiq̃ue locorum & gentium edatur in hoc argumento, resciscere nequeam, nec quid edendum sit diuinare. Non temerè hoc illum dixisse, iam aliquoties apparuit, postquam anno superiori hos libros à nobis abstulit. Primò, quum Turnebus ederet Aduersariorum suorum libros duodecim: deinde quum Iunius Nonium innumeris locis emendatum: postremò quum Turnebus idem alterum tomum publicaret eodem anno. Si itaque efficere hîc voluissem vt nihil mihi cum his esset commune, fuissent lucubrationes nostræ repetendæ à typographo, & denuo describendæ: ad quam ré mihi per occupationes non datur otij satis. Nansio igitur auctore hâc aleam ieci, cuius ego iudicio plus semper tribui quàm meo. tametsi non nihil vereor ne amor verum de rebus iudicium alicubi ademerit. Valete viri humanissimi atque Mæcenates optimi. Bergis diui Guinnoci, ex schola vestra, anno Domini millesimo quingentesimo sexagesimo quinto, mensis Nouembri.

G V I-

G V I L I E L M V S P A N T I N V S M E D I-

C V S F R A N C I S C O N A N S I O I V R I S-

C O N S V L T O , S . P . D .

Quemadmodum optimarum semper rerum omnium eam vim esse & naturam, vt & vsu probo vtilissimæ & abusu perniciosissimæ efficiantur, facillè intelliget quisquis non aquæ modò atque ignis virtutem facultatemque (quæ duo sunt hominum orbi cum longè potentissima, tum maximè necessaria elementa) verùm etiam vina alimenta que, atque ipsa hominum præclarissima quæque ingenia, & principum magistratuumq; summam potentiam, quid ea & quanta vel bonorum agmina, si bene, vel malorum, si secus vsurpentur, apportare queant, animaduertit: Sicego, Francisce Nansi, typographiam diuinum planè quoddam esse munus, si ad mortalium comoda & prudentiam artiumque ingenuarum procuracionem accommodetur; eandemque summè pestiferam, si ad illiberales excitandas artes, si ad calumnias inuexandas, si ad hæreses & ad iniurias fraudesque propagandas operam suam applicet, existimo. Præclare itaque, Francisce doctissime, Plantinus typographus insignis facit, qui opem suam omnem, & industriam opesque maximas impendit, vt optimis optimorum & doctissimorum veterum pariter & recentiorum auctorum monumentis assidue excudendis edendisque doctrinam atque eruditionem elegantiore humanioreque veluti cælum Atlas, humeris sustentare contendit. E cuius officina operosissima, tanquam ex equo Troiano, fortissimi, lectissimi que trium principum linguarum (Hebraicæ, Græcæ & Latinæ) duces plurimi in omnibus clarissimis disciplinis & artibus quotidie exsilire conspiciuntur. Quorum ego tecum, mi Nansi (absit Nemesi, ablitque inuidia dicto) facillè vnum è principibus maximis hunc nostrū Leopardum constituendum habendumque censeo. Cuius hoc ipsum opus ego Louanij ante tres supra viginti annos cum Christiano Cellario Isenbergensi, Græcè viro docto, & Græca tum publicè docente, cumque Petro Nannio illius tum quoq; Academiæ publico Latinarum literarum professore eximio, vt à Rutgero ipsum Rescio typographo, & Græcarum literarum primario simul ac primo illius scholæ doctore (quod se tunc ille facturum sedulo & emendatè susceperat) excudendum castigatè & gnauiter vt curaremus, susceperamus: propterea quòd eius summam fore vtilitatem ad multas multorum doctissimorum

morum auctorum castigationes & explicationes cognoscendas, & variam ac multiplicem eruditionem coaceruandam perspiceremus. Quod cur eo tempore perfectum non fuerit, vere in ea quam ad Bergensem senatum dedit epistola, enarrat auctor. Cur verò ferius & post longum tot annorum interval- lum iam demum Plantinus Rescio quasi succenturiatus, illud à morte sui parentis (qui tertio Nonas Iunias anno cLo. Io. Lxvii. ætatis suæ Lvi. è viuis decessit) tanquam prolem posthumam euulget, diligentia ipsius quem dico patris atque auctoris & indefessa semper attexendi aliquid, elaborandique atque elimandi cura industriæque factū esse scio. Belle itaque, Nanfi eruditissime, & humaniter facis, bellè Plātinus operam adiungit suam, bellè postremò, prolixè, amplè ac liberaliter v- trique de hominibus literarum humaniorum (sine quibus gra- uiores disciplinas perfectè cognoscere nemo potest) studiosis meremini, pariter & laudem debitam atque immortalem glo- riam Leopardi manibus adferitis atque comparatis, qui istas ipsius lucubrationes illustrissimas è tenebris vindicatis, lucem que inspectare permittitis. Cuius reliqua quæ domi premitis scripta, vt pari fide ac benignitate emittere propediem velitis, oro vos atque obsecro. Nā (vt alia omittā) audio & scio Chrias siue apophthegmata quæ anno 1556 edidit, & locupletasse eū amplius altera parte, atque exposuisse accuratius, & addidisse in eorum qui Græcæ linguæ studiosi sunt gratiam, emendatio- ra longè sua cuique Græca. quæ partim Hondiscotæ, vbi bonā vitæ partem consumpsit: partimque Bergis, vbi reliquum vitæ finiit, absoluit. Fuit enim (vt tu optimè nosti, mi Nanfi) homo minimè omnium ambitiosus & gloriæ cupidus. quæ vnica fuit causa, vt in patria apud suos tranquillè & frugaliter viuere, quàm foris ad dignitates & amplas opes adspirare maluerit: vix alio admodum familiariter vsus quàm viro doctissimo Iacobo Nicolao, Loensibus à secretis & graphiario, cuius in his libris honorificam identidem facit mentionem. Bene vale. Brugis Flandrorum xviii. Calend. Ianuarij, anno 1567.

ALIQUOT Petri Nannij Alcmarij, Latinarum literarum apud Louanien- ses professoris doctissimi & celeberrimi, epistole: ex quibus lector perspicue intelliget quantum vir ille Leopardum hunc nostrum eiusque scripta fecerit. Obijt autem Nannius Louanij anno 1556.

PETRVS NANNIVS PAVLO LEO-
PARDO SVO S. D.

LIBELLOS tuos solida eruditionis plenos & elegantissimè loquen- tes, diutius tenui quàm tu voluisti, breuius tamen quàm ego optaui. Quis enim tam dulces hospites & tanto patre genitos, & tam bene pensantes doctrina si quid in ipsos hospitaliter fieret, libenter dimitteret? Interuenit quoque mea profectio in patriam, vbi fratris mortè nō minus luctus quàm molestia reperi, dum in herciscunda familia occupor, & liberos eius com- pono. Abstulit ea res totum mensem. Reuersus in tuas literas incidi, qui- bus reditum tuorum ad te postulabas, sed summa cum comitate, qua tua est humanitas, non sine promissis alterius operis, vt leuius ferrem istorum hospitum discessus, ac magna mihi spes facta est tui aduentus, in quo spe- ro te fallacem non futurum: nam planè iam id vt debitum exigo, & fru- strationem dolentissimè ferrem. Cupio enim eum videre, de quo tam ma- gnificè & beneuolenter sentio. Nescio an mihi credas, dicam tamen quod medullitus sentio: Nemo apud me de eruditione maior, neque de humani- tate candidior habetur. Legi & relegi virumque opus. Summa fides in translatione summa pensatio in verbis, in sententiis dexteritas, que & in- dolem eandem affertusq; que in Græcis sunt, reiment: & (quod meis scriptis deest) adest accuratio & maturitas. Habes eulogium ex vero de- promptum, cuius me nunquam pœnitebit, quòdve tacitum dissimulatū- que vellem: ne quis me putet in aurem blanditias insufurrare velle. Sed quid dicam de annotationibus? quàm diues ibi rerum supellex? quàm mul- ta restituumtur? quot errores aliorum aperiuntur? quàm arcana & hacten- nus nondum inuestigata sese produnt? Multa inde sublegimus, omnia de- cerpturi, nisi scelestum iter interuenisset. Sed tua humanitas (vri spero) ex publica editione me participem faciet idq; breui laudòq; consilium tuū, quod nostratia pyela transuolas, Luteriamq; vel Basileam circumspicis. id ex dignitate & ex vilitate tuorum operum est. Vides meam infelicitatem, qui cum incuria pecco: quod maxime patet in eo versiculo vbi bis of- fensum est, vitariq; potuit si vel leuiter ab aliquo fuisset admonitus. Sed desunt mihi amici hac in parte: quod multo verius est quàm dico. Deinde librarij etiam recta deprauant. Sunt enim & indocti plerique & incurij, operisq; vulgaribus vtuntur. Sed quæso te, mi Leoparde humanissime, vt vnà cum amicis Miscellanea mea perlegas, eaq; annotata ad me transmit- tas. Retractabo ea in auctariis Miscellaneorum, quæ e. s. de causa mēditor, vt surripiam materiam insultandi Robortello, cuius sententiæ tyrannidēq; nosti.

noſti. Triumphabit enim non ſolum de me, ſed de omnibus Belgis: clama-
bit q̄ illud Virgilianum, -- Crimine ab uno diſce omnes. In Alciato puta-
bat ſe de Ciſalpinis, in Eraſino de Tranſalpinis inſcruptum triumphum re-
portare poſſe. Bene vale. Louanij tertio Calendas Iunias, 1549.

Petrus Nannius Alcmarianus Paulo Leopardo Furnio S. D.

N V L L A inter nos opus eſt ἀμυνεῖα, humaniſſime Leoparde. nihil
enim vel altrinſecus peccatum eſt. Tua ſuſpicio tameſi non ex veris, tamē
ex grauiſſimis cauſis collecta fuit. In ea tamen opinione quam humaniter
te geſiſti, quod nec aliis nec tibi credulus iuſtiſſimi iudicis ritu me vltro
protocaſti ad cauſam dicendam, ne tua damnatio in inauditum procede-
ret: auditaq̄ cauſa ſtatim totam eam perſuaſionem deleuiſti. Quamobrē
tantam modeſtiam, etiam in ſumma ira, non inter offeſas, ſed inter me-
rita tua adnumero. Lucubrations tuas auide legi, nec minori cum volu-
ptate quam fructu, nec tibi adhuc eas remitto. non enim vidiffe ſemel ſa-
tis eſt, iuuat vſque morari. Laudo me hercule, imo cum veneratione proſe-
quor tuam iſtam accuratiſſimam & elegantiſſimam eruditionem, tanta
rerum & verborum concinnitate temperatam. Auſtor q̄ tibi ſum vt pri-
mo quoque tempore eas edas. in edendo meam tibi operam polliceor: aſide-
bo typographus ne quid peccent: magnopereq̄ optarim te Louanij agere.
Crede mihi, obſcuritas loci multū nominis ingeniorumq̄ lucē remunatur.
Pulchrē dictū à Themistocele, Neque ego ſi Seriphus eſſem, clarus vnquā
 fuiſſem: neque grauius à me vnquam peccatum, quam quod iuuentutem
 contriui in locis parum illuſtribus. Audiui te iam pridem domum Louanij
 conductam habuiſſe. doleo id conſilij ad nihilum recidiſſe: oroq̄ te, ſi ex re
 tua eſt, vt eandem ruruſ voluntatem induas, me certē habiturus ſedulū
& fortem, & fortaffe nec inutilem nec iniucundum amicū. Bene vale
 vir amiciſſime. xi. Calend. Februar. anno 1550.

Petrus Nannius Leopardo ſuo S. D.

T V A M valetudinem eſſe reſtitutam mirificē gaudeo, mi Leoparde.
Deus in ea re reſpexit literas, que in tuo morbo magno periculo laborabāt.
Nemo enim melius de literis mereri poteſt. quod te intelligere dictū eſſe
ex vero animo & bono iudicio, omnino volo. Optimē tu in pſephiſmate La-
conico, nihil extra ſcopum, de quo aliās plura, librum tuum nondum re-
mitto. Fuit enim haſtenus apud Langium, è cuius manibus reglutinari nō

Vide huius o-
peris li. 8. c. 14

potuit. tale eſt ei in eo libro ſtudium & voluptas. Iam ſuper eſt vt per a-
liquot hebdomadas mihi egregium fructum cum non minori oblectatione
pariat. tum demum ad te redibit. veniaq̄ dabis huic mea audacia. de ver-
ſiculo emendato habeo gratiam. Nos partim te, partim noſipſos ſequemur,
hoc modo: Suppetat vt victus quauis teris otia in annum. Vinam te prius
cognouiſſem: ſed ſera ea querela eſt. Vale optime & eruditiſſime Leopa-
rde. Louanij tertio Calendas Nouembres, anno 1550.

Tuus ex animo Petrus Nannius.

Petrus Nannius Paulo Leopardo ſuo S. D.

DE tua valetudine acriter doleo, alienāq̄ manum in tua epiſtola ma-
gna cū triſtitia vidi. Deus te diu & (ſi humanitas pateretur) in æternū in-
columem ſeruet, tū ſtudioſis omnibus, tū mihi. Omnino multa in hoc opere
mutarem & augerem, niſi Athanaſius me nullā horam à ſe dimitteret: cu-
ius editionem pralo promiſimus in proximas Calendas Martias. Te quaſo
per Muſas, que tibi imprimis ſaudent, vt omni vnque & obeliſco in noſtra
opera ſauias, vt pracidamus Robortello materiam debacchandi. Tua non-
dū remitto: cum proximo nuntio remittentur omnia. Poſſum me optimē
excuſare, niſi mea excuſatio cum alterius accuſatione conuēta futura eſ-
ſet. Sed ex mora nihil tibi periculi. Laconicum edictum effigiatū proximē
ad archetypum tibi mitto: miſſurus & alia quacunque opis noſtra ſint,
modo indicaueris. Bene vale. pridie D. Thoma, Louanij, anno 1550.

Petrus Nannius Paulo Leopardo ſuo S. D.

ET SI non rectē valebam, eruditiſſime Leoparde, (ſum enim etiā-
num tenera valetudine) tamē ſtatim ad literas tuas reſpondi. ſed tua ſcri-
pta nondum mitto. Antea Langius noſter in culpa fuit, qui ea detinuit ad
ſuum vſum vſque ad natalē Domini: nunc ego in culpa ſum, idq̄ ſine de-
precatione aut dilatione offeſa. Ingenue proſitebor. Vidi illic præclarā mul-
ta que pertinent ad mea Miſcellanea: vbi cum ſumma eruditione & pari
non dico modeſtia, ſed clementia agis cum Nannio. Sanas vulnera noſtra,
parcentiſſima (vt ſic dicam) manu: non ſolum ad officium boni, ſed miſe-
ricordis chirurgi, qui ne cum ſalute quidem laderet proponit, ſed lenibus ar-
ticulis omnia tractat. Quid queris? amo te, amplector te, exoſculor te. Sic
puto Achillem, quē Deidamia manu parcente ferit, vt auſtor eſt Statius,
percutientem dum fert dulcia verbera tergo, amauiffe. Eſt mihi in mani-
bus Athanaſius propemodum verſus, qui ad medium quadrageſima mitte-
tur ad incudē Baſilienſem. maiores inducā ad eum retinendum non con-
ce-

cedantur. Ita mihi tui eruditissimi capitis consulendi omnis adimitur facultas. Sed hoc est praelis inferuire. Vbi ille emissus fuerit, toto pectore incubam in mea Miscellanea partim augenda, partim emendanda: vbi tua omnia cum nomenclatura honestissima inseram vnà cum interpretatione psephismatis. quanquam hoc praecipua aliqua ex parte meam feceram. Tu igitur Leopardae fines tuum librum non seruire, sed liberaliter haberi plusculum adhuc temporis. Si quid praeterea istius argumenti peperisti, & quicquid in nostris emendasti, age mittas ad nos quaequam potes ocyssime, vt tuum nomen celebrius reddatur, quod nimium diu in ista ^{ru-} vorostra latet & abstruditur. nobis magnū amuletum addes & antipharmacon contra yanenatos icibus. Vale. Raptim Louanij, quinto Calendas Februarij, anno 1551.

Petrus Nannius Paulo Leopardo suo S. D.

AMBRO tua volumina, eruditissime Leopardae, ad te remitto. Dederunt mihi egregias decimas ad mea Miscellanea instruenda. nihil enim omisi quod ad id genus scripti pertinebat: breuiusq; nostra tuis opibus nostrisq; curis instructiora in publicū prodibunt: ac tum senties quanti te faciam, quae facio maximi, amplectorq; non minus humanitatem, quam eruditionem veneror. Quam vbiq; multa in multis castigas, restituis! quam sine omni insultandi ferocitate! vt magistrum te omnes sentiant, non exprobatorem. ac videris mihi nimis modestia peccare. malo enim te plusculum fauere tuae gloriae, ac magis inculcare, quam magnus sit lapsus qui a te corrigitur: vt non solum docti percipiant, verum etiam indocti, quibus maiori indicio & instantia opus est vt sensus rei ad eorum mentem perueniat. nam sapienti verbum sat est. De apophthegmatis singulis suo auctori reddendis pulcherrimam operam nauas, eandemq; felicissimam. Miscellanea mea tuis meisque rebus auctiora sunt, sed cogor differre editionem ob Athanasium. Vbi tibi videbitur, Frobenio de tuis operibus scribam. nam illi quotidie reddor familiarior: & post editum Athanasium totus erit meus. Bene vale optime Leopardae. Louanij ipsis Idibus Augusti 1551.

Nannius Leopardo suo S. D.

NIHIL minus arbitror, optime Leopardae, quam Frobenius offensum in tuis castigationibus in Erasmus. Aliud est errata tollere, & sanare in pulchro corpore quod vitiosum est, aliud est criminosè insultare. Nec mihi vnquam mouisset stomachum Robortelli ab Erasmo dissensio, etiamsi mille locis discrepasset. hominis virulentam debacchationem & furiosam blasphemias

blasphemias ferre non potui: neque alia intentione calanum in eum sumpsi, quam vt docerem hominem, qui sub nomine Erasmi omnes Transalpinos sibi videbatur triumphare, nihil prorsus esse: ostendiq; in multis eum vitia quae nulla essent calumniari, & quae essent, ipsum non videre. ac proinde ipse aliquot vitia Erasmi subiici. Quapropter oro te per quicquid Musis & Musarum cultoribus charum & sacrum est, vt primo quoque tempore librum tuum eruditissimum edas, vt videat ille Cacilius quantopere cecutiat, quum tamen tantopere emissitios oculos in scripta Erasmi defigat. Non dubium miratur, egrescit, quod aliquid viderim ab ipso non animaduersum: quid futurum est vbi tuum Oceanum suis vndis estuantem cognouerit? Crede mihi, optime Leopardae, retundendus est fastus quorundam Italorum, qui se Ciceronianos volunt, quiq; dum frigidam & superstitiosam quandam elegantiam soni verborumq; manium sint consecuti, ceteros omnes praese contemnunt, & magnis conspirationibus adobruunt. Si vtas Frobenio, rectum erit: siue Oporino, non minus faustum erit. bonus & doctus vir est, & qui tuas dotes optime intelligit. Si ad alterutrum meam operam requires, ea tibi non negabitur. Vides quam liberè ad te scribam. idq; ideo facio, vt ex fiducia sentias quanti te faciam, & quantopere tibi confidam. Bene vale. Louanij, xv. Calend. Decemb. 1551.

Petrus Nannius Paulo Leopardo suo S. D.

LITERAS tuas priores, quibus Miscellanea nostra atges, & istas etiam proximas, eruditissime Leopardae, accepi. Quod tua studia iam olim matura editioni destinatas, pie facis. Scis quas iras conceperit Saturnus in Calium patrem suum, quod partus suos non sinebat in lucem prodire. Digna sunt omnia tua quae omnium manibus terantur. certe doctissimis quibusq; summae admirationi futura sunt. Tu dispice aliquem insignem & benignum patronum, qui nostro aeo rarissimi sunt, vt sub eius nomine cum tuo lucro in lucem exeant. Ego, quod attinet ad typographos, & quae praestari poterunt omnia praestabo, & quaecunq; acta erunt, per primos Tabellarios renuntiabo. Mitto tuae excultissima eruditioni leges nostras Mechlinienses, alienum a professione mea negotium: sed volui aliquid in rebus forensibus proficere, & in nostri seculi negotiis intelligere. Res bene successit. magnis honoribus & muneribus a supremo Senatu (quem Parliamentum vocant) auctus sum. ipsa quoque ciuitas nescio quid magni in nostri remunerationem parat. Vides vt excursus vnus ad Iustinianum felicior

mibi

Gracè exprimit vocè Flādricā Hondcote, qui celeberrimus & populosissimus est vicus in Flandria Occidentali.

mibi fuit quam longum domicilium apud Musas? Frange miser calamos,
& inertes desere Musas. Iocor quidem: sed si vterque nostrum hoc ingenij
quod in me non despicio, in te admior, ad iurisprudentiam contuliffemus,
iam auro magnisq; fortunis abundaremus. Bene vale optime vir, meq; vt
facis ama: vicissim facturus sum & (si fieri potest) cum superpondio.
Louanij, XI III. Calend. Nouemb. 1552.

Petrus Nannius Paulo Leopardo suo S. D.

QV AS proximè ad te scripseram literas, errore mei amanuensis
delatae sunt non ad tabellarium Flandriae, vt in mandatis erat, sed ad ta-
bellarium Antuerpianum. Ita mihi omnia retexenda sunt qua tum scripta
fuere: sed strictim id faciam, sperans eas aliquando postliminio ad nos re-
dituras. Valde mihi displiceo, optime & eruditissime Leoparde, de mea in
rescribendo negligentia: qua quum suo naturali vitio magna sit, etiam in-
teruētū ingenium negotiorum mirum in modum crescit, adeo vt non de-
sit aliqua species excusationis, si ea apud te vti velim. Sed ego apud homi-
nem humanissimum plus fiducia colloco in deprecatione, quam in excusa-
tione. Nam tamen si me aliis purgare possum, tibi non possum, quem ita
eximium habere debeo, vt inter mille occupationes, quum aliis sim taci-
turnus, tibi tamen loqui debeam, quem longè omnium eruditissimum &
habeo & profiteor, non veritus ex hac mea professione aliorum offensam,
qui infra te in minoribus classibus à me reponuntur. Litera tuae postremae
in manibus amicorum sunt, qui metu belli eas inter ceteros thesauros a-
uexere. Respondebo igitur quod succurrit, & quod potissimum in tuis li-
teris fuit, nimirum de imprimendis aliquot libellis tuis Louanij aut Ant-
uerpie, vt ita gustum Basiliensibus praeberes. Huic consilio tempora vel
expectatione bellorum, vel bello implicita haecenus parum fauere videbā-
tur. Nunc quia caelum aliquantò serenius tantas quantas antea calami-
tates bellorum non videtur minari, commodum videtur vt res tuas prae-
committas, ad quam rem operam diligentem & assiduam promitto, &
(quod maius est) libentissimam. Scio enim quantum studia mea aliorūq;
sibi adiuturus. Bene vale. xv. Calend. Septembres, Louanij.

PAVLI

PAVLI LEOPARDI ISEM-
BERGENSIS EMENDATIONVM ET MISCEL-
LANEORVM LIBER PRIMVS.

Emendatur Iulij Pollucis mendosissimus locus.

CAPVT PRIMVM.

VLIVS POLLVX quum alibi saepe tum in subie-
ctis hinc verbis est prodigiosè mendosus, mea opera
quatenus licet restituendus. μετὰ δὲ τὴν ι, Ησιόδος μὲν
ε, τὴν μέσῳ φησὶ, τὴν ε, τὸ καὶ ι, λέγων. ἡμῖν δὲ. Ad hunc modum
habent impressi libri. Ego autem ausim deicere ita esse legen-
dum, Ησιόδος μὲν ἐκτῶν μέσῳ φησὶ τὴν ἐκτῶν καὶ δεκάτην λέγων. ἡμῖν
δὲ ῥητέον. id est, Hesiodus quidem sextam mediam dicit decimam
sextam. Nobis autem dicendum est. Carmen Hesiodi ideo a
nobis hinc adscriptum hoc clarè testatur:

ἐκτὴ δ' ἢ μέσῳ μὲν ἀσύμφορός ἐστὶ φυτόισι.

In eodem Pollucis loco perperam δεκάτημερον impressum est pro
δεχήμερον, id est decem dierum tempus.

Explicatur Ciceronis locus epistolarum ad Atticum.

CAPVT SECVNDVM.

CICERO epistolarum ad Atticum lib. 2. Cn. quidem no-
ster iam planè quid cogitet nescio. φυσᾶ γὰρ οὐ μικροῖσιν ἀλι-
σκοῖς ἐτι, ἀλλ' ἀρχαίας φύσαισι φορβείας ἄτερ. haec verba interpre-
tans Erasmus in adagio Apertis tibijs, inquit, Fortassis ad hanc
sententiam pertinet senarius ille græcus quem citat Tullius in
epistolarum ad Atticum libro secundo ex poeta nescio quo. Fa-
retur hic ingenuè Erasmus se nescire cuius poetæ sit ille sena-
rius. Nos igitur eum apud Dionysium Longinum repertum,
hinc indicabimus Sophoclis esse. Verba auctoris sunt: φλοιδ-
δης γὰρ ἀνὴρ καὶ φυσῶν κατὰ τὸν Σοφοκλία
μικροῖς μὲν ἀλίσκοισι, φορβείας δ' ἄτερ.

Citatur hic locus ab Adriano Iunio in adagio Corticeus.

A Dityli

Dityli rectè legi apud Diodorum, contra Cælij sententiam.

CAPVT TERTIVM.

AVCTOR in Georgicis Didymus, inquit Cælius, ex sue & camelo progigni tertij generis camelum *δικυρτην*, id est, gibbi duplicis, densiore pilo, viribus præualidis, adeò vt duplicato onere incedant onustæ. hæc verò dici Bactrianas, quòd in Bactris natæ primùm. Mendum verò exemplarium est bibliothecæ tertio apud Diodorum, vbi Dityli scriptum reperias pro eo quod est dicyrti. Hactenus Cælius: a quo nos cogimur dissentire, & veterem Diodori lectionem defendere, tantùm dityli in dityli mutato. Hefychius, *τύλοι*, inquit, *αἱ ὀχιδῶδες ἐπαναστάσις καὶ τὰ τῆς ἀχδοφόρων ἐπὶ τῆς ὤμων τυλάματα*. Idem, *τύλοι τῆς καμήλας ἀπὸ τῆς ῥάχεως τὸ ἄκρον δέρμα*. Item, *τύλοι τὰ περισῶα τινα ἐν τοῖς ὤμοις*. Xiphilinus Dionis epitomes auctor in vita Aniti, *καὶ ἐμελλεν εἰς τύλον ἐμβληθεὶς ἐκδράναι ποῖ*. Vbi Blancus, in pellem cameli: Xylander, in capsam. Sed quum Diodorus iam Græcè editus sit, cur non affero ipsum sua lingua loquentem, ne quis posthac de lectionis veritate dubitet? *πλῆστα δὲ καὶ διαφορώτατα γένη καμήλων τρέφει τῆς τε ψιλῶν καὶ δασέων, καὶ διπλοῦν ἀνατετακῶτων τὸ κατὰ τὴν ῥάχιν κύρτωμα· καὶ διὰ τοῦτο διτύλων ὀνομαζομένων*. id est, tum caluorum tum hirsutorum. Vbi Poggius malè, tum pinguium tum macilentorum.

Diodori interpretis lapsus in γηγενῆς, ἀσυγείτων, δορυφόρος, ἰτέα, ὀχυρά, πυθόχρητος, κολουμβήδρα.

CAPVT QVARTVM.

CONATI sumus in alio opere quum nondum Græcū Diodorum essemus nacti, ostendere eius interpretem sæpissimè eum quem vertendum susceperat, peruertisse, sola vñ tum coniectura, & aliquibus in locis Iustino Martyre & Eusebio Græcis, qui sæpe eius testimonia adhibent. Nunc commodius hoc ipsum efficiemus ex Græci codicis collatione. Sunt, inquit, qui & tertiam illi attribuant, ex Ioue & Cerere genitum ferentes, a mortalibusque dissipatum. Item: Ab hominibus verò disper-

sum.

sum. Et paullo post, a mortalibus verò membra dispersa: quum Græcus codex habeat, *ὑπὸ τῆς γηγενῶν διασπασθῆναι*. & τὰ δ' ὑπὸ τῆς γηγενῶν λυμανθέντα τῆς μελῶν, id est, a terrigenis, a gigantibus, vel a titanibus. Idem lib. 4. cap. 13. circa finem, *παρὰ τῆς ἀσυγετόνων Αγυρινῶων*, id est, a vicinis Agyrinenfibus, vertit A Stygione Agrinaeorum. In eodem capite præcessit *ἐνίαις δὲ πόλεσι καὶ πυθόχρητοι χρησμοὶ προσέταξαν τιμῶν τὰς θεάς*, id est, Non nullis autem vrbibus & Delphica oracula præceperunt, vt colerent has Deas. Vbi Poggius, *Quædam vrbes etiam pretiosa vasa earum cultui deputarunt*. Quod in eodem capite *ἐκ ὀχυρᾶς πόλεως*, id est, ex munita vrbe, ille vertit Ab Ochyra vrbe: nos olim ex ingenio castigauimus. In eodem capite *χρυσῶν κηρίον*, id est, fauum aureum, ille vertit Aureum arietem, κηρίον legens, vt suprâ *πιδίους χρησοῦς*. Idem, *πηγίσιον τῆς Μεγαρίδος τὴν κολουμβήδραν*, id est, Piscinam illam quæ est apud agrum Megarensē: vertit, Prope Megaram eam quæ dicitur Lymbethra. nisi fortè hoc typographo est adscribendum. Libro 2. cap. 5. *τὴν ἰδίαν ἐνεγράψεν εἰκόνα, δορυφόρους αὐτῇ ἐπισησασα ἑκατόν. ἐπέγραψε δὲ καὶ Συρίοις γράμμασιν εἰς τὴν πέτραν, ὅτι Σεμίραμις τοῖς σάγμασι τοῖς τῆς ἀκολουθοῦντων ὑποζυγίων ἀπὸ τοῦ πεδίου χώσασα τὸν προειρημένον κρημνὸν, διὰ τούτων εἰς τὴν ἀκρωρείαν προσανέβη*. id est, suam ipsius imaginem insculpsit, appositis ei centum satellitibus. Inscrispsit etiam hunc titulum litteris Syris in petra: Semiramis clitellis iumentorum sequentium a campo postquam prædictum præcipitium aggressisset, per has in môtis verticem ascendit. Poggius ita: Suam effigiem centumque ei dona ferentium sculpsit. Syris in eo litteris scriptum erat, a Semiramide subditorum opere id saxum fuisse excisum. Error in eo est quòd pro *δορυφόρους* legit *δωροφόρους*, & *ὑποζυγίων* subditos est interpretatus. Idem Poggius lib. 5. cap. 10. Thus, inquit, arbor est magnitudine parua, ad spectu spinæ Egyptiæ albedine: folia arboris quæ Cithea dicitur similia, flos colore croceo. Diodorus ipse, *δένδρον ἐστὶ τῶ μὲν μέγεθος μικρόν, τῆ δὲ προσόψει τῆ ἀκάνθη τῆ ἀγυπτιᾶ τῆ λευκῆ παρεμφερές: τὰ*

ἢ φύλλα τῆ δένδρου ὁμοία τῇ ὀνομαζομένη ἰτέα, καὶ τὸ ἄνθος ἐπ' αὐτῶν φύεται χρυσοειδές. Herimolus in Corollario: Diodorus thuriferam arborem scribit esse parnam, Ægyptiæ spinæ albæ similem, folio salicis, flore aureo.

Notatur Erasmus in apophthegmate Fauorini.

CAPVT QVINTVM.

οἱ ἐν τέλει sunt magistratus, principes, & duces, aut qui cum imperio sunt. hoc non vidisse Erasmum alioqui oculatissimum miror in apophthegmate Fauorini ex Philostrato verso. ταῦτα Ἀθλιωαῖοις, inquit, δεῖνὰ ἐφάνετο, καὶ συνδραμόντες αὐτοὶ μάστιγα οἱ ἐν τέλει Ἀθηναῖοι χαλκῆν εἰκόνα κατέβαλλον ἕ' ἀνδρὸς ὡς πολεμιοτάτου πῶ' αὐτοκράτορι. ὃ ἦ ὡς ἤκουσεν, οὐδὲν σχεπιάσας οὐδὲ ἀρχιάντας ὑπὲρ ὧν ἕβριστο, ἀντ' αὐτῶν, ἔφη, καὶ Σωκράτους εἰκόνα χαλκῆν ὑπ' Ἀθλιωαῖων ἀφανρεθεῖς μάλλον, ἢ πιδὼν κώνειον. id est, Grauiua hæc Atheniensibus videbantur: concursuque facto, maxime qui aliquo magistro fungebantur, æream ipsius statuum deiecerunt, utpote viri Cæsari inimicissimi. Ille autem hoc audit, nihil quiritans, aut indignans hæc sibi imposta esse ignominiam, Profuisset, inquit, & Socrati æream statuam illi ablatā fuisse potius quam eicutam bibisse. Erasmus οἱ ἐν τέλει Ἀθηναῖοι interpretatus est, Erant enim Athenienses vestigales Adriano Cæsari: quum ὑποτελεῖς vestigales significet. Lapsus est idem in voce hac, vertens ex Libanij quadam declamatione, Αἰήτης ἐμοὶ πατήρ καὶ Σκυθῶν ἦν βασιλεὺς, καὶ παρθενία, καὶ φήμη βελτίων, καὶ πολλοὶ τῶν ἐν τέλει μνηστῆρες, multi inter finitimos proci. Ego verterem, multi principes viri, quique cum imperio erant, ambibant meas nuptias. Apud Lucianum in Demonactis vita, ὁ, τε δῆμος καὶ οἱ ἐν τέλει vertit tandem Christophorus Hegendorphinus.

Erasmus notatur in apophthegmate Herodis Attici.

CAPVT SEXTVM.

EST apud eundem Philostratum herodis Attici apophthegma non optime ab Erasmo versum. κωτυλιῶν ἦ, inquit, ὁπότε ἔρχοντ' ἑλλάδος ἀτιωμένων αὐτὸν ἅπτι τῶν μερακίων τούτων εἰκόσιν ὡς περιητῶν, τί δὲ ὑμῖν, ἔφη, διενήνοχεν εἰ ἐγὼ τοῖς ἐμοῖς ἐμπαύσω λιδαρίοις;

λιδαρίοις; id est, Quinctilij autem quum Græciæ præfecti essent, eum reprehendentibus quòd Achilli, Polluci & Memnoni alumnis suis statuas posuisset, utpote superuacanei sumtus, Quid, inquit, vestra interest si ego illudo lapillis meis? Erasmus hic pro εἰκόσιν, id est imaginibus, legit εἰκόσι. i. viginti; ita enim vertit: Viginti pueris ob virtutem compluribus in locis statuas posuerat: ut taceam quòd τί ὑμῖν διενήνοχε, vertit, quid vobis incommodi est?

Laidos apophthegma ex Euripidis versibus explicatur.

CAPVT SEPTIMVM.

ATHENÆVS ex Machone Comico refert hoc Laidos apophthegma,

Λαῖδα λέγουσι τὴν κορινθίαν ποτὲ
Εὐριπίδην ἰδοῦσαν ἐν κήτῳ τινὶ
παινακίδα καὶ γραφῶν ζήτημένον
ἔχοντ', ἀπόκρινὰ, φησιν, ὦ ποιητὰ μοι
τί βουλόμενος ἔγραψας ἐν τραγωδίᾳ,
ἔρρ' ἀσχροποιοῖ. κατὰπλαγείς δ' Εὐριπίδης
τὴν τόλμαν αὐτῆς, σὺ γὰρ εἶναι, ἔφη, δοκεῖς
τις ἀσχροποιοῖός. ἢ ἦ γέλᾶσας ἀπεκρίθη,
τί δ' ἀσχρὸν, εἰ μὴ τοῖσι χρωμένοις δοκᾷ;

*Quondam ferunt Corinthiam illam Laida,
Euripidem quodam videntem in hortulo
Suspensam haberet qui tabellam atque graphium,
Dixisse ei, Cedo ὁ poeta nunc mihi
Quid scripseris volens tibi in tragedia,
Turpifica abi: Miratus hic Euripides
Audaciam eius, Tu esse enim videre, ait,
Turpifica quædam. At illa ridens excipit,
Quid turpe, turpe nisi patranti appareat?*

Iam illud ἔρρ' ἀσχροποιοῖ καὶ τέκνων μιαιφόνε ex Euripidis Medea est. Illud verò τί δ' ἀσχρὸν εἰ μὴ τοῖσι χρωμένοις δοκᾷ, Euripidis est sententia ex tragædia cui titulus est Α. ο. ο. Ridetur autem

vt improba ab Aristophane in Ranis, his propemodum verbis: *τί δ' ἀσχηρὸν ἢν μὴ τοῖς θεωμένοις δοκῆ;* & ab Antisthene, vt Plutarch. scribit: vel a Diogene, vt Stobæus vult, ita eum versum corrigentibus, *ἀσχηρὸν τό γ' ἀσχηρὸν, κἀν δοκῆ κἀν μὴ δοκῆ.*

Thaidis apophthegma ex Euripidis carmine enodatum.

CAPVT OCTAVVM.

REFERT idem Athenæus non minus obscurum Thaidos apophthegma. *δαῖς πρὸς Γράσωνα παρεουμένη ἐρασην, ἐπεὶ τις αὐτὴν ἠρώτα, πῆ πορεύεται, ἔπειν, Αἰγῆ σιωικὴ θύσα τῷ Πανδίωνος.* id est, Thais ad Grafona (id est olidum amatorem) vadens, quum aliquis eam rogaret quod iret, inquit,

Futura coniux Ægei Pandionis.

Est hic Euripidis senarius ex Medea. Aegæum autem facetè vocavit (quasi tu dicas caprinum) amatorem suum, eo quod hircum oleret. Vidit hoc etiam Eustathius in Odyssæa 1: *ἐμφανῶς ὁ λόγος ἐπὶ λόγῳ καὶ λαβύρινθος ἐμφάνεται, ὃν ὕστερον σχεδικοῦ ἐπετηδεύσαντο ἐν τῷ, Αἰγῆ σιωικὴ θύσα τῷ Πανδίωνος, ὃ γραφὸν περὶ τοῦ ἠρώτος Αἰγέως ἐν δυσὶ διφθόγγοις, ἡ σοφὴ ἑταῖρα Θαις διὰ τῆς αἰ διφθόγγου καὶ τοῦ ἰῶτα θέτοτο, ὡς ἀπὸ τοῦ ἀξ, αἰγὸς, ἀγί. Γράσωνος γὰρ τινος παρωνομαῖσαι δοκοῦντος ἀπὸ γρασῶ, ὅς ἐστι τὴν τῆς ἀγῶν ὀδὸν, ἐπεὶ πρὸς αὐτὸν παρεουμένην ἤρετό τις ποῦ ἀφίσιν, ἔφη, ἀγὶ σιωικὴ θύσα τῷ Πανδίωνος: ἡ γὰρ τῷ οἰσιν ἀγιδίῳ Γράσωνι, διὰ τὸν γραθὸν οὐπὲρ ἐστὶ παρώνυμος, καὶ τοῦτο μὲν προφανῶς νενομάται, κατὰ ὁμοφωνίαν παρηχητικὴν δύο πλάσεων δοτικῶν, ἢ τοῦ Αἰγῆ ἠρωικῶς καὶ τοῦ ἀγί ζωϊκῶς. Suidas in voce τράγων: ἡ τῆς τράγων δυθδμία γρασῶς λέγεται, καὶ γρασῶν ἀνδρῶπος ἢ δύσσαμος.*

Phrynes non minus facetum dictum explicatur.

CAPVT NONVM.

SIMILLIMVM superiori dictū exstat apud eundem Athenæum ad Phrynem meretricem relatum. Est autem huiusmodi: *φρήνη σιωδειπνοῦσα ποτὲ Γράσωνι, ἄρασα φορίνην, λάβε, ἔπει, κατὰ τράγε, id est, Quum Phryne canitaret cum Grafone quodam, (id est hircum olente) sublata pelle porcina, Accipe & deuora,*

uora, inquit: hoc est catatrage, cuius dictionis posterior compositionis vox idem significat etiam quod ὁ *hircæ*. Eustathius hoc ita pag. 1634. *λέγεται ἡ καὶ φρήνη τῷ αὐτῷ Γράσωνι σιωδειπνοῦσα φορίνην ἄραι (ἐστὶ ἡ κλαδῶδες τι φασὶν ἢ φορίνη) καὶ ἐπὶ τὴν λάβε καὶ κατὰ τράγε. πᾶσαι ὡσαυτὲρ ἡ Θαις παρὰ τὸν ἀγίον γραθὸν αὐτῷ καὶ αὐτὴ παρὰ τὸν τράγον, ὃν ὑπελάλησεν ἐν τῷ κατὰ τράγε. Notandum hic est Eustathium scribere φορίνην ramosum quiddam significare, quum Pollux dicat τὸ ἡ δέρμα τοῦ χοίρεος φορίνην καλεῖσθαι quem sum sequutus. Suidas, φορίνη ἐπὶ ἀνδρῶπιος δερματος ἐλέγεται. Αντιφῶν φησι. Videtur etiam paranomasia esse inter φρήνην & φορίνην.*

Castigatur Athenæus in apophthegmatibus, & Ovidius in Ibin.

CAPVT DECIMVM.

LEGITVR vulgo apud Athenæum libro 8. in Stratonici apophthegmatibus mendose ἢ Νικορέοντος εἰσιῦσα Βιοθεά γυνὴ μετὰ παιδίσκης ἄβρας εἰς τὸν ποταμὸν ἀπεβόησε. κατὰ τῆς Σικυωνίων ἀμυγδαλῆν ἐπιβᾶσα σιωετρίβεν τύχης. hoc interpretis quidam Athenæi ita est interpretatus: Biothea Nicocreonis mulier cum puella Abra fluvium ingrediens obstreperat, ac postea Sicyoniorum amygdalum adscendens fortè confregit. Nos libro edito abhinc aliquot annos locum ita restituumus,

*ἢ Νικορέοντος εἰσιῦσα Βιοθεά
γυνὴ μετὰ παιδίσκης ἄβρας εἰς ἀπόπατον
ἀπεβόησε· κατὰ τῆς Σικυωνίων
τὴν ἀγκύλην ἐπιβᾶσα σιωετρίβεν τύχη. id est,
Biothea Nicocreonis vxor vt leuet
fluum recedens vnica cum ancillula,
Miserè pepèdit, & ansulam Sicyonion
Eundo fregit cum afforet Stratonicus hic.*

Notandum hic est Nicocreonem eundem esse cum Nicocle, quem eundem Origenes contra Celsum Aristocreonem vocat. Testantur hoc Athenæus & Diodorus Siculus. Nam quum hic Machon scribat Stratonicum occisum a Nicocreonte, eum Phaniās a Nicocle interfectum esse auctor

auctor. Rursus quem Diodorus Siculus Nicoclem vocat, hunc is qui indicem grecum in eum edidit, Nicocreontem nominat. Sed quis huius regis pater fuerit vocatus, video in dubium vocari, Plinio & Polluce Timarchum eum vocantibus, quum tamen apud Isocratem in Euagoræ vita Euagoram vocatum legamus. Exstat ad hunc Nicoclem Isocratis de regno oratio. Meminerunt eiusdem Laërtius in Anaxarcho & Plutarchus in Alexandro. Quin de Biothea quoque illius vxore videntur mihi auctores variare. Nam quam hic Machon & Ouidius in Ibin Biotheam vocant, eandem Diodorus & Polyænus Axiotheam appellant, tamen apud Ouidium pro Biotheam Brotheam vulgo legatur perperam hoc carmine,

*Quòdque ferunt Biotheam fecisse cupidine mortis,
Des tua succensa membra cremanda pyræ.*

Vbi duæ vltimæ syllabæ per Synizesin legendæ sunt, vt in Aluearia & Theodotus & Theodosius, pro quo Theudotus & Theudofius etiam Græci dicunt. Nam quod de Brotea Vulcani filio scribunt interpretes, nihil ad rem facit, quem non Vulcani sed Tanrali fuisse, filium scribunt Pausanias & Euripidis scholiastes. Sed quam obrem hanc historiam ad Biotheam siue Axiotheam referendam putauerim, proferendus est in medium Polyæni locus ex libro strategematon 8. Axiothea Nicoclis regis vxor, inquit, magna militum multitudine veniente ab Ptolemæo Ægypti rege ad disturbandum regnum, cum Nicocles vitam laqueo finisset, fratresque eius sibijpsis mortem consciuisent, ipsa mortuorum virtutes emulata est: sororesque eorum ac matres vxoresque conuocauit, & ijs persuasit nequid indignum genere committerent. Quæ persuasam fortiter ianuas muliebris aulae concluderunt, recurrentesque ad tecta multitudine ciuium conflente, liberos quos in vlnis ferebant interfecerunt, & igne tectis iniecto aliæ gladijs seipsas occiderunt, aliæ confidenter in flammam insilientes perierunt. Axiothea verò ducem se in periculis optimam præstabat. Cum enim videret omnes egregie iacere, tum etiã ipsa summissio gladio per eandem

eandem se in flammam coniecit, vt ne mortuo quidem corpore hostes potirentur. Hæc Polyæni interpretis. Nunc Diodorum audiamus. Ἀξιοθεα, inquit, ἡ γυνὴ τῷ Νικοκλέους ἀκούσασα τὴν ἀνδρὸς τελευτὴν, τὰς μὲν θυγατέρας τὰς ἑαυτῆς παρθένους οὕσας ἀπέσφαζεν, ὅπως μηδεὶς αὐτῶν πολέμιος κυριεύσῃ· τὰς δὲ τῶν ἀδελφῶν τῷ Νικοκλέους γυναικῶς ἐτρέψατο μετ' αὐτῆς ἐλέσθαι τὸ θάνατον. οὐδὲν οὖν συντεταχότως Πτολεμαίου περὶ τῶν γυναικῶν, ἀλλὰ συγκεχωρηκῶς αὐταῖς τὴν ἀσφάλειαν, τῶν δὲ βασιλείων πεπληρωμένων φόγων καὶ συμπλημάτων ἀπροσδοκῆτων, οἱ τῷ Νικοκλέους ἀδελφοὶ συγκλείσαντες τὰς θύρας, τὴν μὲν οἰκίαν ἐπέκρησαν, ἑαυτοὺς δὲ ἀπέσφαζαν. Alcianus tamen arbitratur hoc distichon non esse Ouidianum, sed ab aliquo Ouidij studioso qui Luciani ætate vixerit, Ouidianum in Ibin carmini insertum, & ad Proteum Peregrinum referendum, cuius meminerunt Lucianus, Aulus Gellius, & Athenagoras. quod Alciani somnium nemini qui nostra legerit probabitur, sat scio. De voce ἀπεφόρησε agimus alio loco. Nunc tantum Suidæ verba referemus ex dictionibus ἀποπνεῖν, διαπνῆν, & ἀποφορῆν. Scribit enim ἀποπνεῖν & διαπνῆν, εὐσχημονέστερον dici, hoc est honestius, quàm πέρδεσθαι· rursumque πέρδεσθαι honestius dici quàm ἀποφορῆν.

Quenam sint Sicyonia, & ἀγκύλη: & Virgilij locus explicatur.

CAPVT XI.

PER Sicyonia in superiori Athenæi loco calceos intelligimus Sicyonios. Eorum meminerunt Lucretius, Lucillius, Cicero, Lucianus in dialogis meretricijs, Athenæus in 4. & Virgilius in Ciri, apud quem nos præter aliorum opinionem legimus, Commoda non paruis pedibus sicyonia seruans: Non sic omnia seruans, vt perperam habent exemplaria. Lucretius igitur,

Vnguenta & pulchra in pedibus sicyonia vident.

Lucillius, *Et pedibus leua sicyonia demit honesta.*

Cicero de Oratore libro primo, de Socrate agens: Quinetiam cum & ei scriptam orationem disertissimus orator Lyllias attulisset, quam si ei videretur edisceret, vt ea pro se in iudicio vte-

B retur:

retur: nō inuitus legit, & commodè scriptam esse dixit. sed, inquit, vt si mihi calceos sicyonios attulisses, non vterer, quanuis essent habiles & apti ad pedem, quia nō essent viriles: sic illam orationem disertam sibi & oratoriam videri, fortem & virilem non videri. Est autē muliebre calceamētum, auctore Hefychio. σικυώνια, inquit, γυναικεία ὑποδήματα. Pollux, σικυώνια ὑποδήματα, inquit, τίνων τὸ εἶρημα, τὸ ὄνομα δὴλοι. Lucianus, ὑποδήματα, inquit, ἐκ σικυῶνος τὸ πρῶτον δύο δραχμῶν. Athenæus, & ὑποδοῦμενον σικυώνια διατελεῖν χρώμενον. Braccianus etiam meminit in adagio *Calcei Sicyonij*. Ceterum quod ἀγκύλλω legere maluerim, postulante id & sentētia & carmine, facilè me doctis probaturū spero, reiecta voce ἀμυγδαλῖν, quæ hīc nihili vox est. Ligulam autē interpretatus sum ex Hefychio, qui ἀγκύλλω dicit esse ἰμάτια τῆς κρηπίδος. Galli hinc fortè *une aiguille, & esguillette*.

Quid Græcis διοικεῖν significet præter notam eius verbi significationem.

CAPVT XII.

LAERTIVS de Diogene Cynico agens, καὶ ὠμὰ ἔκρεα ἐπέχεισε φαγεῖν, ἀλλ' οὐ διοίκησε. id est, sed non concoxit, sed concoquere nequiuit. Ambrosius vetus Diogenis interpres, *sed in eo non persistit*, putauit hæc verba significare. Alexander Aphrodisiensis in problematis, ὅτι αὐτοῖς γίνεται ὕχρον μὴ διοικουμένον, id est, non digestum, vt rectè illic vertit Gaza. pro quo Politianus perperam ibidem legit διεικομένον, quod minimè permeet vertens. Alexander Trallianns, i 2. libro: ἀποκάμη πέψαι & διοικῆσαι. Galenus in primo κράσεων: εἰς αὐξῆσιν αὐτοῖς ἢ τροφὴ διοικεῖται. Athenæus: τὰ γοῦν ὑποτίθβια γάλακτι διοικεῖται, id est, lacte nutriuntur. Plutarchus de Iside & Osiride: χρᾶρσι καὶ ἱέρακα τὸν θεόν πολλὰκις. εὐτονία γὰρ ὀφείως ὑπερβάλλει καὶ πῆσισεως ὀξύτητι, & διοικεῖν αὐτῆ ἑλάχιστα τῆ τροφῆ πέψουκε. Apud Aëtium quoque medicum διοίκησιν & χετερησιασιν digestionē & concoctionem interpretor. hinc εὐδιοίκητος, id est, εὐανάδοτος, εὐσόμαχος, εὐοικονόμητος. Galenus in Ilagoge siue Medico: εὐδιοίκητος τὲ & εὐαναδότου

δότου & εὐσομάχου. Idem: σιτωδῶν & εὐδιοικήτων. Ægineta lib. 3, & τροφῶς εὐδιοικήτοις τὲ & ἀπερίητοις χρώμενον. Idem in primo: τροφὴν ἔλαμβάνειν ἀγκύλλω, εὐδιοίκητον. Idem libro 4, τροφῶν ἐσωσαν ἔυχμοι καὶ εὐδιοίκητοι. Contra δουρικονόμητοι: dicuntur Athenæοι ἐγκέφαλοι τῶν φοινίκων, id est, palmularum cerebella concoctu difficilia. Diogenes etiam durius, κρέασιν ὑέτοις καὶ βοείτοις ἀνακοδόμηται. vbi nos vertimus, ædificati sunt fuilla & bubula, vetus interpres vertit, instructi sunt, recens educati sunt.

Græcè eleganter dicit θεῶν καταλαμβάνειν.

CAPVT XIII.

LYCIANVS de saltationibus eleganter dicit θεῶν ἐπιτηδείῳ καταλαμβάνει. Idem paullo post in eodem libro: καὶ ἐμοὶ παρὰ σεαυτῶ θεῶν καταλαμβάνειν. Idem in hermotimo seu de hæresibus, θεῶν μοι προκαταλαβόντος. Inuenies eandem phrasin etiam apud D. Basilium in illud, diruam horrea: ὡς ἂν εἴτις ἐν τῷ θεάτρῳ τὴν θεῶν καταλαβόν. Idem in Gordium Martyrem, ἐν ἧ πανδημίᾳ πᾶσα ἢ πῶλις ἐορτὴν ἀγροῦσα φιλοπολέμῳ δάμῳ κατελήφθη θεῶν, id est, confederat, spectandi locum vel sedendi occuparat. Plutarchus in Galba: τῶν μὲν οὖν πολλῶν δρόμος ἦν ὅσπερ θεῶν καταλαμβανόντων, id est, Plebs autem non aliter currebat quàm si spectandi locū occupare properaret. Idē περὶ πολυπραγμοσύνης, καὶ φίλως ἐπ' ἀρχῆς ἔτινος ἢ κωμωδοῦ θεῶν παραλαμβάνοντας διώσασθαι. Suidas in voce θεωρικά: τῶν ξένων τὰς θεῶν προκαταλαμβανόντων. Synesius de laudibus Caluitij: ἔξει καθ' ἑκάστῳ ἱερομηναίᾳ τῶν καταλαβόντι θεῶν δεῖσθαι. Aristides: οἱ μὲν γὰρ ἄλλοι καθάπερ θεῶν καταλαβόντες καὶ ἅπαν τὸ θεῶν. quæ verba adducens Thomas Magister, θεῶν, inquit, οὐ μόνον ἢ θεωρία τινὸς πράγματος, ἀλλὰ καὶ ὁ τόπος ἐν ᾧ καθήμενοι ἐθεώρου τὰ ἐν τῷ θεάτρῳ τελούμενα. Demosthenes κατὰ Μαίδι' κατεχειροτονήσατε αὐτοῦ παρεδρεύοντος ἀρχοντι τῶν ἡεῖ, ὅτι θεῶν τινὸς καταλαβόντος ἡ ψατο δέειργων ἐκ τῆς θεῶν. Item: εἰ καταλαμβάνον ἀνδρωπε θεῶν. Sic Aristophanes in *Pascisκηνῆν ἑμαυτοῦ τῶν πῶν καταλαμβάνω*.

Fortuna huiusce diei quæ: & Plinius castigatur.

CAPVT XIII.

FORTVNA quate sit nominata huiusce diei, & quis eam voverit, scribit his verbis in Mario Plutarchus, de bello Cimbrico agens: *ἔξατο δὲ*, inquit, *καὶ Κάπλος ὁμοίως ἀνασχῶν τὰς χεῖρας καθιερώσειν τὴν τύχην τῆς ἡμέρας αἰείνης.* id est, vovit Catulus etiam sublatiis manibus se consecraturum fortunam illius diei. Meminit & P. Victor in regione Palatij, & Plinius libro 34. cap. 8. Fuit, inquit, & alius Pythagoras Samius, initio pictor, cuius signa ad ædem fortunæ huiusce diei sunt seminuda: unde & laudata sunt. Hæc partim debemus doctissimo Adriano Turnebo, partim Benedicto Ægio. Nam in impressis est, huiusce deæ. Maffei codex manuscriptus *die* pro *diei* habet more vetusto: vt, *Libra die somni que pares vbi fecerit horas, dixit Virgilius.*

Vox Trochilus multis modis vitiatæ.

CAPVT XV.

PRIMUM quadrigas iunxisse Trochilum Argium Callithææ sacerdotis Iunonis filium scribit Theon Græcus Arati scholastes. quem tamen Eusebius vel Eusebij potius mendosum exemplar Argilum appellat in Chronicis, Tertullianus Acrophilum, Hyginus Orsilochum. Nonnulli hunc Argulum vocant. mendosè omnes præter Theonem & Pausaniam. Theon, οἱ δὲ μυθολόγοι τὸν ἡνίοχον λέγουσιν εἶναι εἰδωλον ἢ Βελλερεφόντου ἢ Τροχίλου τῆς Καλλιθέας πατρὸς, τῆς πρώτης ἐν Ἀργεὶ γενομένης ἱερείας ἄρμα πρώτου ζεύξαντος. Pausanias in Atticis, ὕστερον δὲ Τρόχιλον τὸν ἱεροφάντην φυγόντα εἰς Ἀργεὺς κατ' ἐχθρὸς Ἀγήνορος ἐλθὲν φασιν εἰς τὴν ἀπικίαν, καὶ γυναῖκα εἰς Ἐλευσίνας γῆμαι, καὶ γενέσθαι οἱ παῖδας Εὐβουλέα καὶ Τριπόλεμον. Hygini verba sunt: Nonnulli etiam qui de sideribus scripserunt, hunc natione Argeum Orsilochum nomine primum inuentorem quadrigarum esse dixerunt, & pro inuentione siderum locum possedisse. Eusebius in Chronicis: Primum quadrigam iunxisse fertur Arogilus seu Proclytus. Idem: Argis prima sacerdotio functa est Callithæa Pirantis filia.

tis filia. Tertullianus de spectaculis: Si verò Acrophilus Argius auctor est currus, primæ Iunoni id opus suum dedicauit. Eusebius libro 3. *πρωπαρασκευῆς λέγεται δὲ Πείρας ὁ πρώτος ἀργολίδος Ἡρας ἱερὸν εἰσάμενος, τὴν ἑαυτοῦ θυγατέρα Καλλιθέαν ἱεράν καταστήσας, ἐκ τῆς περὶ Τίτυνδα δένδρων ὄχνην τεμὼν εὐκτέαρον Ἡρας ἀγάλμα μορφώσασα.*

Restituitur ex Suida Dionysius Halicarnassensis, & vicissim ex Dionysio Suidas.

CAPVT XVI.

OMNIA circumspectat oportet qui emendata cupit esse veterum scriptorum exemplaria. Nisi enim Suidas in voce *Ἀριστόδημος* adduxisset hæc Dionysij Halicarnassensis verba, ὁ δὲ τυραννῶν τότε τῆς Κύμης Ἀριστόδημος ἦν ὁ Ἀριστοκράτους, ἀνὴρ οὗ τῆς ἐπιτυχόντων ἕνεκα γένους, ὃς ἐκαλεῖτο μαλακὸς ὑπὸ τῶν ἀσῶν, καὶ σὺν χρόνῳ γνωριμωτέραν ἔσχε τῆς ὀνόματος τὴν κλήσιν. id est, Rex siue tyrannus tunc Cumarum Aristodemus erat, filius Aristocratis, vir non vulgaris quantum ad genus attinet, qui vocabatur Malacos (hoc est mollis) a ciuibus, & temporis tractu notiozem nomine hæc appellatione habuit: facile non admodum attentum lectorem fecisset mēdosa Dionysij Halicarnassensis lectio, quæ pro ἀσῶν habet ἀντ', cōiunente interim Lapo eius interprete, qui *ab eis* est interpretatus. Locus Dionysij est in initio septimi. Eodē libro vbi vulgo legitur ὁ δὲ πρῶτος τῶν παίδων δέκα γεγονῶς ἔτη, ὁ δὲ νεώτερος ὑπέρκαλος ἔτι, ex Suida & Lapo legendum ὁ παγκάλιος, id est, qui adhuc vlnis teneretur. Sed vt Dionysium ex Suida, nunc vicissim Suidam ex Dionysio castigemus. Nam vbi apud Suidam in voce *ταμιεύεσθαι* legitur ὅτι σωφρόνων ἐσὶν ἀνδράπων, ὅταν μὲν εὐδοκίμειν πράττωσι ταμιεύεσθαι τὰς τύχας, legendum ex Dionysio est ὅταν μὲν εὐπράττειν δοκῶσι. Item mox in eodem octauo libro rectè est apud Dionysium, τοῦ τε ἀυχῆματος ἐφ' οὗ νῦν εἰσιν ἐκόντες ὑποβήσονται. Apud Suidam in vocibus *ἀυχίμα* & ὑποβήσονται perperam legitur καὶ ὅτι οὕτε τῶ ἀυχῆματος. Mox apud eundē Dionysium eadem pagina versu postremo pro *ἄμα* legendū *ἄμα*, ex interprete, qui sanguinem rectè conuertit.

Arriæ apophthegma castigatur apud Dionem.

CAPVT XVII.

EXSTAT apud Dionem libro 60. Arriæ apophthegma, sed miserè deprauatum. Ἀρρία ζυγή γυνή Καϊκίνου ὑπάτου οὔσα, οὐτ' ἠθέλησε θανατωθέντος αὐτοῦ ζῆσαι, καίπερ καὶ ἐν τιμῇ τινὶ εἶναι δυναμένη, τῇ γάρ Μεσσαλίνῃ σφόδρα ἀκείατο, καὶ προσέτι καὶ τὸν ἄνδρα ἀποδειλιῶντα ἐπέβρωσε. τὸ γάρ ἕξιφος λαβοῦσα ἑαυτὴν ἐτρασε, καὶ κείνῳ ἄρεξεν, εἰπούσα, ἰδοὺ πᾶσι σὸκ ἀλγῶ. Hæc verba Xylander ita est interpretatus: Arriæ hæc Cæcinæ consulis neque viuere eo peremto statuit (quod sanè potuisset non absque honore, Messalina coniunctissima) & ipsum trepidantem confirmauit. Arrepto quippe gladio se sauciauit, eique cum porrigens, Viden', inquit, puer me non dolere? Iohannes Maria Catanæus in Plinianis commentarijs mendosum locum ita restituit, γυνή Κεκίνου Πάϊτου, id est, vxor Cecinnæ Pati. sed idem malè πᾶσι, id est, *Ferite* legit. Gallicus etiam interpres ex Leonicensio vertit, *De Cecinnia Consul*, & ἡδὴ πᾶσι, id est, *maintenant frappe toy*. Iohannes etiam Zonaras deprauatam Dionis lectionem sequutus, Ἀρρία ἢ γυνή Κεκίνου ὑπάτου οὔσα, εἰ καὶ τῇ Μεσσαλίνῃ σφόδρα ἀκείατο, σὸκ ἠνεγκε ζῆν τοῦ ἀνδρός θνήσκοντος, ἀλλὰ καὶ τὸν ἄνδρα ἀποδειλιῶντα ἐπέβρωσε. τὸ γάρ ἕξιφος λαβοῦσα ἑαυτὴν ἐπῆξε, καὶ κείνῳ ἐπέδωκεν, εἰπούσα, ἰδοὺ πᾶσι, σὸκ ἀλγῶ. Hæc verba VVolfius ita conuertit: ARRIA Cæcinnæ consulis vxor, Messalinae admodum familiaris, marito superstes esse recusauit, eumque mortem reformidantem confirmauit, eodem gladio quo seipsam percusserat, illi porrecto. Dixitque, Ecce feri, ego non doleo. sed mea sententia nemo rectè. quin omnino ἰδοὺ Πᾶσι est legendum, ex Plinij epistolarum libro tertio, & Martialis carmine. Præclarum, inquit Plinius, illud quidem eiusdem, ferrum stringere, perforare pectus, extrahere pugionem, porrigere marito, addere vocem immortalem ac penè diuinam, Pæte non dolet. Martialis in primo,

Castæ

Castæ suo gladium cum traderet Arriæ Pæte,
Quem de visceribus traxerat ipsa suis:
Siqua fides, vulnus quod feci non dolet, inquit:
Sed quod tu facies hoc mihi Pæte dolet.

Totum itaque apophthegma ita verterem apud Dionem: Arria Cecinnæ Pati vxor neque voluit interfecto marito esse superstes, tametsi illa potuerit & in honore esse: (erat enim illi arcta necessitudo cum Messalina:) & insuper maritū metu mortis perculsum cōfirmavit. Nam gladio accepto sese vulnerauit, illique porrexit cum hoc dicto, Ecce Pæte, non dolet.

Adagium τηρεῖν τὴν καρδίαν ἐν πείσῃ, id est, Retinere
cor in anchorali fune, hoc est in sua constantia
atque firmitudine.

CAPVT XVIII.

SYNESIUS episcopus vtitur hoc adagio in encomio Caluitij, his verbis: οὐκοῦν ἀνάσχου τοῦ λόγου, καὶ τήρησον ἐν πείσῃ, φασί, τὴν καρδίαν, ὡς περ ὁ Οδυσσεὺς πρὸς τὴν ἀναγωγίαν τῆς γυναικῶν ἀνέκκλητος ἔμεινε, id est, Patere igitur orationem, & retine in anchorali fune, vt aiunt, cor, quemadmodum Vlysses ad improbitatem mulierum imperturbatus mansit. Locus Homeri qui hîc significatur exstat *Odyssæa* libro 5.

Τῶ ἢ μάλ' ἐν πείσῃ καρδίη μένε τετληῖα

Ναλεμέως, ἀτὰρ αὐτὸς ἐλίσσετο ἔνθα καὶ ἔνθα.

id est, vt scholiastes Græcus hæc verba explicat, κατὰ χῶραν, οὐκέτι ἦν ἐν κινήσει, ἀλλὰ ἐν δεσμοῖς ἔμεινε, ἢ ἐν οἷς ἐπέπεισο καὶ ἐγνώκει. Αἱ τὴν πείσῃν & πῆσμα, ἀγκυροῦσα σχοῖνια vocant. Superiora Synesij verba ineptissimè vertit interpres ad hunc modum: Orationem sustinui Dionis, inque Pifa, vt aiunt, animum præparavi: & quemadmodum Vlysses erga ancillarum contumeliam permansit instupidus. Decepit hæc versio Latina virum alioqui doctissimum Beatum Rhenanum, qui hoc prouerbio vtendum dicit, Animum in Pifa præparare, quoties

quoties in præsentis discrimine vel re iamiam aggredienda fortem sumendum animum esse monebimus. Apud Pisam agones Olympici fiebant & monomachia, hoc est singularia certamina: quod Plutarchus Symposiacōn quinto testatur. Huius errorem sequutus est vir exquisitissimè doctus Adrianus Iunius Hornanus, in adagio, In Pifa animum confirma. Quoties, inquit, animum alicui addere volumus ad disceptationē, aut eum in contentionis studio, quod ἀγῶνα Græci dicunt, confirmare ne labascatur aut animo concidat, prouerbij huius usus erit, quod apud Synesium in Caluitij encomio existat, τήρησον ἐν Πίσῃ, φασὶ, τὴν καρδίαν, id est, in Pifa animum, quod aiunt, confirmam. Vbi auctor ille ob caluitij deformitatem offensus seipsum durat animatque ne ea re commoueat. Solebant apud Pisam Elidos urbem quolibet lustro certamina, Olympia dicta, maximo Græciæ conuentu celebrari, in quibus decertaturus ad gloriæ immortalitatem parandam, præsentem animum ac fortem sumere debebat. Hactenus Adrianus Iunius, malè πείσῃ dictionē in πίσῃ mutans. Erasmus huius adagij nusquam meminit quod sciam: sed in præfatione interpretationis suæ in libellum Plutarchi περὶ ἀοργησίας fatetur ingenuè sese nondum comperisse quid sit homerica πίσῃς, cuius meminit Plutarchus περὶ ἀοργησίας. Erroris ansam præbuit Erasmo vox πείσῃ in impressis codicibus græcis deprauata in πείσῃ. Ita enim illic legitur: Ερωτι γὰρ οὐδ' αὐτῷ πολλὰ κίς ἔχοντι κατὰ χώραν, ἐν τῇ ὁμηρικῇ πείσει μένοντα τὸν θυμὸν. hæc verba ita Latine reddidit Erasmus: Siquidem Eroti quum frequenter ne ipse quidem stabilem habeat animum, & in homerica persuasione permanentem. Rectam lectionem seruat adhuc idem Plutarchus in περὶ ἀδολεσχίας. τῇ καρδίᾳ, inquit, μὴ τρέμῃ μηδ' ὑλακτῆν. Τῷ δ' αὐτ' ἐν πείσῃ κραδίη μένε τεπληῖα μέχρι τ' ἀλόγων κινήματων διηκοντος τῆ λογισμῶ. Eadem res etiam πείσμα & περιμνήσιον vocatur. pro quo apud Isidorū perperam profnestum legitur, funis, inquit, quo naus in litore religatur ad palum. Appianus bellorum ciuiliū primo libro: καὶ τὸ πείσμα κόψας καὶ τὸ ἰσίου πειτίας

πειτίας ἐπέτρεψε τῇ τύχῃ φέρῃν. Homerus περιμνήσια λῦσε. Erasmus in eadem epistola putat apud Plutarchum περὶ πολυπραγμοσύνης legendum esse τοῖς ῥιτήρῃσι ἔλκουσι καὶ ἀνακρούουσι, παρὰ τὸ τὰς ῥίνας τηρεῖν, inquit. vbi ego ῥιτήρῃσι legendum puto, Id est habentis vel loris. Tanti autē est nosse vnde quæq; accepta sint, vt locorum ignoratione maximi sæpe viri labantur. Nam illud Plutarchi in eodem libello, νῦν δ' συμβαίνει τὸ τῶ Σοφοκλείους, ἐπιφ-τα δ' Ἀνιάνος ἀνδρὸς ἄσομοι πῶλοι θία φορῶσι, quis non intelligit, qui id ipsum apud Sophoclem in Electra legerit. Erasmus tamen illic vertit: Deinde verò viri non tenentis habenas liberi equi vi rapiunt: cū Ἀνιάνος gentis nomen sit, & ἄσομοι πῶλοι sint σκληρόσομοι ἴπποι scholiastæ græco. Plutarchum περὶ ἀοργησίας ad Homericum locum τῷ δ' μαλ' ἐν πείσῃ alluisse, mandauit etiam litteris Iohannes Hartungus decuriæ suæ capite 6.

Explicatur Ouidij in Ibin ænigma de Achæo.

CAPVT XX.

EGREGIAM, ita me Deus amet, operam nauauit Andreas Alciatus in soluendis quibusdam Ouidianorum in Ibin ænigmatum nodis: sed in eo quod hic subijciam nobis non satisfacit: *Morte vel intereas capti suspensus Achæi,*

Qui miser aurifera teste pendit aqua.

Suspendium, inquit, fuit supplicij genus vetustissimum, quo affectum fuisse Histiaem Milesium a Sardium præfecto Artapherne auctor est libro 6. Herodotus, ad quem alluisse videtur in Ibin Ouidius. vocat enim Achæum, quod Miletus Græcorum Ionum colonia esset. Auriferam verò aquam Pactolum fluiuium intelligit, qui proximus Sardibus allabatur, & in Tmolo monte fontem habet, vt est apud Strabonem. Hæc Alciatus. Nos pace Alciati omnino putamus Achæi nomen esse viri proprium, historiãque non ab Herodoto esse petendam, sed a Polybio. Is igitur 4. libro: ὃ δ' Ἀχαιὸς κρατῶν μὲν τῆς ἐπὶ τάδε τῆ Ταύρου βασιλεία, δ' ἀροσφάτως αὐτὸν ἀναδέδειχώς ἐπηγγέλατο βοηθῆσεν. Deinde, Ἀχαιὸς μὲν γάρ ἦν Ἀντιόχου συγγενὴς τῶ πατρικῆφός τῃ ἐν Συρίᾳ βασιλείᾳ, Μοχ, ἦν γάρ Ἀνδρομαχος Ἀχαιὸς μὲν πατῆρ,

μὲν πατήρ, ἀδελφός ἢ Λαοδίκῃς τῆς Σελεύκου γυναικός. Idem libro quinto, Αντίοχος ἢ παραγενόμενος εἰς τὴν οἰκίαν, καὶ διαφείς τὰς δυνάμεις εἰς παραχειμασίαν, διεπέμπετο πρὸς τὸν Αἰαχόν, ἐγκαλῶν καὶ διαμαρτυρούμενος πρῶτον μὲν ἅπῃ τῶ τετολιμηκέναι διάδημά περιιδέσθαι καὶ βασιλεῦα χρηματίζειν· δεύτερον δὲ παρὸς ὡς οὐ λαμβάνει κοινοπραγῶν Πτολεμαίῳ, καὶ κηδύλου πλείω τοῦ δέοντος κινούμενος. ὁ γὰρ Αἰαχὸς καὶ οὐς καιροῦς ἅπῃ τὸν Ἀρταβαζάνῳ ὁ βασιλεὺς ἐστράτευε, πεισθεὶς καὶ παθεῖν ἄν τι τὸν Αντίοχον, καὶ μὴ παδόντος ἐλπίσας διὰ τὸ μήκος τῆς ἀποστάσεως φθάσειν ἐμβαλὼν εἰς Συρίαν, καὶ συμεργοῖς χρῆσάμενος Κυρρησῶν, τοῖς ἀποστάταις γεγενοῖσι τοῦ βασιλέως, ταχέως ἄν κρατῆσαι τῷ κατὰ τὴν βασιλείαν πραγμάτων, ἔφρασε μετὰ πάσης δυνάμεως ἐκ Λυδίας. παραγενόμενος δὲ εἰς Λαοδικεῖαν τὴν ἐν Φρυγίᾳ, διάδημά τε περιέδετο, καὶ βασιλεὺς τότε πρῶτον ἐτόλμησε χρηματίζειν. Idem in eclogis libri septimi scribitur per duces Antiochi Sardinorum oppidum esse expugnatum, ciues ex oppido in arcem ad Achæum confugisse. Idem in selectis libri octavi: τούτων δὲ συγχεμένων, καὶ παραγενομένου τοῦ Βῶλιδος ὡς τὸν Καμβύλον, ἢ μὲν ἦλθε νυκτὶ, ταύτη παρὰ γαίᾳ πρὸς τὸν Αντίοχον τὸν Βῶλιν ὁ Καμβύλος, μόνος πρὸς μόνον. ἀποδεξαμένου δὲ τοῦ βασιλέως φιλοφρόνως, καὶ δόντος αἰτίαις ὑπὲρ τῷ ἐπαγγελίων, καὶ παρακαλέσαντος ἐμφοτέρους διὰ πλείονων μηκέτι μέλλειν περὶ τῷ προκειμένων, τότε μὲν ἀνεχώρησαν εἰς τὴν αὐτῶν παρεμβολὴν· ὑπὸ δὲ τὴν ἐωδιλίῳ Βῶλις ἀνέβη μετὰ τοῦ Ἀριανοῦ, καὶ παρῆσθη εἰς τὴν νυκτὸς εἰς τὴν ἄκραν. προσδεξάμενος δὲ Αἰαχὸς ἐκτενῶς καὶ φιλοφρόνως τὸν Βῶλιν, ἀνέκρινε διὰ πλείονων ὑπὲρ ἑκάστου τῷ κατὰ μέρος. θεωρῶν δὲ καὶ κατὰ τὴν ἔπιφάνειαν τὸν ἄνδρα καὶ κατὰ τὴν ὁμιλίαν ἔλκοντα τὸ τῆς παράξεως εἰσισμῶν, τὰ μὲν περιχαρῆς ἦν διὰ τὴν ἐλπίδα τῆς σωτηρίας, τὰ δὲ πάλιν ἐπισημένως, καὶ πῆγης ἀγωνίας διὰ τὸ μέγεθος τῶν ἀποβησομένων. ὑπάρχων δὲ καὶ κατὰ τὴν διάνοιαν οὐδενὸς ἦσαν, καὶ κατὰ τὴν ἐν παραγματοῖς πειθὴν ἰκανός, ὅμως ἀκμὴν ἔκρινε μὴ πᾶσαν εἰς τὸν Βῶλιν ἀνακρεμάσαι τὴν αἰτίαν. διὰ ποιῆται τοιοῦτους λόγους πρὸς αὐτὸν, ὅτι κατὰ μὲν τὸ παρὸν οὐκ

ἔστι δυνα-

ἔστι δυνατὸν ἐξελεῖν αὐτῶ, πέμψαι δὲ τινὰς τῷ φίλων μετ' ἐκείνου τῆς ἢ τέπαρας. ὡν συμμιζάντων τοῖς περὶ τὸν Μελαγκόμαν, ἔτοιμον αὐτὸν παρασκευάσειν ἔφη πρὸς τὴν ἐξοδον. ὁ μὲν οὖν Αἰαχὸς ἐποίησε τὰ δεινὰ. τοῦτο δὲ ἠγνοεῖ τὸ δὴ λεγόμενον, πρὸς Κρήτα κρητίζων. ὁ γὰρ Βῶλις οὐδὲν ἀψήλαφτον ἔχει τῷ ἐπινοηθέντων ἄν εἰς τοῦτο τὸ μέρος. πλὴν παραγενομένης τῆς νυκτὸς ἐν ἣ συμεξαποσελεῖν ἔφη τοὺς φίλους, προπέμψας τὸν Ἀριανὸν καὶ τὸν Βῶλιν ἅπῃ τὴν τῆς ἄκρας ἐξοδον, μένειν ἐκεῖ προσέταξε μέχρις ἂν οἱ μέλλοντες αὐτοῖς συμεξορμῶν παραγένηνται. τῷ δὲ πειδαρχησάντων, καινωσάμενος παρ' αὐτὸν τὸν καιρὸν τῆ γυναικὶ, καὶ ποιήσας διὰ τὸ παρὰ δόξαν τὴν Λαοδικὴν ἔκφρονα, χρόνον μὲν τινα λιπαρῶν ταύτην καὶ καταπραῦνων ταῖς προσδοκωμέναις ἐλπίσι προσεκαρτέρει. μετὰ δὲ ταῦτα πέμψας αὐτὸς γενόμενος, καὶ τοῖς μὲν ἄλλοις μετρίους ἐδῆταις ἀναδοῦς, αὐτὸς δὲ λιτὴν καὶ τυχούσαν ἀναλαβῶν, καὶ ταπεινὸν αὐτὸν ποιήσας, προήγε, συστάσας ἐν τῷ φίλων αὐτὸν αἰεὶ ἀποκρίνασθαι πρὸς τὸ λεγόμενον ὑπὸ τῷ περὶ τὸν Ἀριανὸν, καὶ πυνθάνεσθαι παρ' ἐκείνων αἰεὶ τὸ κατεπεῖγον, περὶ δὲ τῷ ἄλλων φᾶναι βαρβάρους αὐτοῦς ὑπάρχειν. ἐπεὶ δὲ συμεμίξαν τοῖς περὶ τὸν Ἀριανὸν, ἠγείτο μὲν αὐτὸς αὐτῶν διὰ τὴν ἐμπειρίαν· ὁ δὲ Βῶλις κατόπιον ἐπέστη κατὰ τὴν ἔξαρχῆς πρὸς δεσιν, ἀπορῶν καὶ δυσχρησοῦμενος ὑπὲρ τῶ συμβαινόντος. κάμπερ γὰρ ὡν Κρής, καὶ πᾶν ἄν τι κατὰ τὴν πέλας ὑποπέυσας, ὅμως οὐκ ἠδύνατο διὰ τὸ σκότος σιμνοῖσθαι τὸν Αἰαχόν· οὐχ οἶον τίς ἔστιν, ἀλλ' οὐδὲ καθάπαξ εἰ πάρεσι. τῆς ἢ καταβάσεως κρημνῶδους μὲν καὶ δυσβάτου κατὰ τὸ πλείον ὑπαρχούσης, ἐν τισὶ ἢ τόποις καὶ λίαν ἄπισφαλῆς ἐχούσης καὶ κινδυνώδης καταφορᾶς, ὅπότε παραγένοιτο πρὸς τινα τόπον τοιοῦτον, τῶν μὲν ἄπληκτων ἐνανομένων, τῶν δὲ πάλιν ἐκδεχομένων τὸν Αἰαχόν (οὐ διωαμένων δὲ καθόλου τὴν ἐκ τῆς σιμνοδείας καταξίωσιν ἐλλεῖσθαι πρὸς τὸν παρόντα καιρὸν) ταχέως ὁ Βῶλις συνήκε τίς ἔστι, καὶ ποῖος αὐτῶν ὁ Αἰαχός. ἐπεὶ δὲ παρεγένοντο πρὸς τὸν διατεταγμένον τῷ Καμβύλῳ τόπον, καὶ τὸ σύνδημα προσυρίξας ὁ Βῶλις ἐπέδρακε, τῶν μὲν ἄλλων οἱ διανασάντες ἐκ τῆς ἐνέδρας ἐπελάβοντο· τὸν δ' Αἰαχὸν αὐτὸς ὁ Βῶλις ὁμοῦ τοῖς ἰματίοις ἐνδον τὰς χεῖρας ἔχοντα συνηρπασε, φοβηθεὶς μὴ σιμνοῖ-

C 2

σας τὸ

σας τὸ γιγνώσκον ἐπιβάλοιτο διαφθεῖρειν αὐτόν. καὶ ᾗδ' ἔχε μάχαιραν ὑφ' αὐτῶ παρεσκευασμένος· ταχὺ δὲ καὶ πανταχόθεν κυκλωθεὶς, ὑποχέρσιος ἐγένετο τοῖς ἐχθροῖς, καὶ παρὰ χεῖρα μετὰ τῶν φίλων ἀνήγετο πρὸς τὸν Ἀντίοχον· ὃ δὲ βασιλεὺς πάλαι μετέωρος ὦν τῇ διανοίᾳ, καὶ χερσὶν ἀποκῆν τὸ συμβησόμενον, ἀπολύσας τοὺς ἐκ τῆς σιωουσίας, ἔμεινε μόνος ἐρηγορῶς ἐν τῇ σκηνῇ μετὰ δουσὶν ἡ βίβων σαματοφυλάκων· παρῆσειλθόντων δὲ τῶν περὶ τὸν Καμβύλον, καὶ χερσὶν ἀποκῆν τὸν Ἀχαιὸν ἐπὶ τῇ γῆν δεδεμένον, εἰς τοιαύτῳ ἀφασίαν ἤλθε διὰ τὸ παρὰ δόξον, ὡς πολλὸν μὲν χρόνον ἀποσιωπήσας, τὸ δὲ τελευταῖον συμπαθῆς γενέσθαι καὶ δακρύσαι. τοδοτὸ δὲ ἔπαθεν ὄρων, ὡς ἐμοί γε δοκῆ, τὸ δυσφύλακτον καὶ παρὰ λόγον τῶν ἐκ τῆς τύχης συμβαινόντων. Ἀχαιὸς ᾗδ' ἦν Ἀνδρομάχου μὲν υἱὸς τῆς Λαοδίκης ἀδελφοῦ, τῆς Σελεύκου γυναικὸς ἔγγημος δὲ Λαοδίκῃ τῆς Μιθριδάτου τῆς βασιλέως θυγατέρα. κύριος δὲ ἐγενόνη τῆς ἐπὶ τὰδε, τῆς Ταύρου πάσης· δοκῶν δὲ τότε καὶ τῆς αὐτοῦ δυνάμεσι καὶ τῆς τῆς ὑπεραντίων ἐν ὄχυροτάτῳ τόπῳ τῆς οἰκουμένης διατρέψειν, ἐκάθητο δεδεμένος ἐπὶ τῆς γῆς ὑποχέρσιος γενόμενος τοῖς ἐχθροῖς, οὐδέπω γινώσκοντος οὐθενὸς ἀπῶς τὸ γεγονός, πλὴν τῶν παρὰ χεῖρας. οὐ μὴν ἀλλὰ ἅμα τῷ φωτὶ σιωαυροῖζομένων τῶν φίλων εἰς τὴν σκηνὴν χεῖρα τὸν ἐθισμόν, καὶ τῆς παρὰ χεῖρας ὑπὸ τὴν ὄψιν δευρομένου, τὸ παρὰ χεῖρας τῶν βασιλέων σιωαυροῖζομένων καὶ τοὺς ἄλλους. Παυμάζοντες ᾗδ' τὸ γεγονός, ἠπίσσω τοῖς ὄρων· χερσὶν ἀποκῆν τὸ τοῦ σιωαυροῦ, πολλοὶ μὲν ἐγένοντο λόγοι περὶ τῆς τῆς δέει κατ' αὐτῆς χερσὶν ἀποκῆν τῆς μωρίας. ἔδοξε δ' οὖν πρῶτον μὲν ἀφασίαν τὸν ταλαπῶρον μετὰ δὲ ταῦτα τὴν κεφαλὴν ἀποτεμόντας αὐτοῦ, καὶ καταρράβαντας εἰς θνεὶον ἀσκὸν ἀνασαυρῶσαι τὸ σῶμα. γενομένων δὲ τούτων, καὶ τῆς δυνάμεως ὄρων τῆς συμπεριεβηκός, τοιοῦτος ἐνθουσιασμός ἐγένετο καὶ παρὰ χεῖρας τῆς στρατοπέδου παντός, ὡς τῆς Λαοδίκης ἐκ τῆς ἀφασίαν μόνον σιωαυροῦ τὴν ἔξοδον τῆς ἀφασίαν τεκμήρασθαι τὸ γεγονός ἐκ τῆς περὶ τὸ στρατοπέδον ταραχῆς καὶ κινήσεως, & cetera. His ita constitutus, quum Bolis ad Cambylum venisset, eadem qua venerat nocte, Cambylus Bolin ad Antiochum ducit solus ad solum. Hunc cum rex amanter accepisset, fidemque super promissis dedisset, & utrumque pluribus adhortatus esset, nequid in proposito negotio cessarent, tum quidem in castra quisque sua discesserunt.

runt. Matutino crepusculo Bolis vna cum Ariano ascendit in arcem, quum adhuc nox esset. Achæus illum liberaliter & amanter acceptum multis de singulis interrogabat. Cum autem virum hunc tum ex adpectu externo, tum ex colloquio facti initium ducere videret, partim quidem propter spem salutis, animo lætabatur, partim autem plenus erat sollicitudine, propter eorum quæ euentura erant magnitudinem. Quoniam autem ingenio nemini cedebat, & satis erat exercitatus in rerum experientia, non adhuc iudicabat sibi omnem fiduciam ponendam in Bolide. Quapropter illi hoc loquitur modo. In præfenti quidem fieri non potest vt exeam, mittam tamen tecum tres aut quatuor amicorum, quibus cum Melancoma collocutis me ad exitum parauero. Achæus igitur quidquid potuit fecit: Id autem ignorabat, se cum Cretensi cretizare, quod in proverbio est. Bolis enim nihil intactum siue intentatum habebat eorum quæ excogitari possint in hanc partem. Ceterum quum ea nox adesset qua vna se missurum amicos dixerat, præmissis Ariano & Bolidi ad exitum arcis, iussit vt maneret illic tantisper dum qui vna ituri erant adessent. Illis parentibus, communicat rem cum vxore in ipso articulo temporis; atque rei noxuitate percussam Laodicem aliquandiu orando atque expectata spe mitigando immoratus est. Deinde ipse quintus, alijs quidem mediocri pretij vestes dat, ipse verò vili atque vulgari veste sumta humiliter præibat. Dederat autem cuidam amicorum in mandatis, vt ipse perpetuo ad ea quæ dicerentur ab Ariano responderet, & eum de rebus vrgentibus interrogaret: de alijs autem vt barbaros eos esse diceret. Cum ad Arianum conuenissent, præcedebat quidem ipse propter itineris experientiam: Bolis autem a tergo sequebatur vt initio inter eos conuenerat, incertus & dubius de eo quod agebatur. Quauis enim erat Cretensis, & omnia propinqui sibi facta suspecta habebat, tamen præ noctis caligine cognoscere Achæum non poterat, non modò non quis esset, sed ne an adesset quidem omnino. Verum cum descensus præceps & difficilis plerumque esset, &

nonnullis in locis lubricus atque periculofus, quoties ad aliquem talem locum veniffent, alijs quidem retinentibus, alijs verò excipientibus Achæum, cum ne ad præfens quidem tempus confuetum honorem diffimulare pollent omnino, ftatim Bolis intellexit quis & qualis eorum effer Achæus. Vbi ad eum locum ventum effer quem Cambylo conftituerant, & Bolis fibilo tetteram fiue fignum dediffet; ceteros quidem illi qui in infidijs erant exfilientes capiunt, Achæum verò ipfe Bolis vnâ cum veftibus intus manus habentem comprehendit, veritus ne intellecto quid ageretur, fe ipfe aggredederetur interimere. habebat enim gladium præparatum. Subitò autem vndique circumdatus venit in poteftaten hoftium, & protinus vnâ cum amicis deductus effer ad Antiochum. Rex quum animo fufpenfus effer iam diu, & quid futurum effer exfpectaret, familiaribus dimiffis folus in tabernaculo peruigil cum duobus vel tribus fatellitibus manfit. Ingreffo cum fuis Cambylo & Achæum vinctum humi collocante, in tantum ftuporem venit vt per multum temporis conticefceret, tandèmq; commiferet effer ac illacrymaretur. hoc autem illi accidit, quòd videret (vt mihi quidem videtur) quàm ineuitabilia quamq; improuifa fint quæ per fortunam eueniunt. Erat enim Achæus filius Andromachi fratris Laodices vxoris Seleuci, & vxorem duxerat Laodicen Mithridatis regis filiâ, & dominus erat vniuerfæ regionis quæ citra Taurum montem fita erat. Cum autè tum temporis & fuis & aduerfariorù copijs in munitiffimo orbis loco verfarî videretur, in terra vinctus & in hoftium poteftate fedebat, nondum quoquam planè quod factum erat fciente, præter eos qui perpetraverant. Nihilominus prima luce amicis in tabernaculum congregatis de more, & re ipfa iam oculis fubiefta, idem accidit & alijs quòd antea regi acciderat. Admiratione enim eius quòd euenerat, non habebant fidem eis quæ videbant. Cum concilium confediffet, varij fermones de hoc habebantur, quonam fupplicio contra eum vtendum effer. Vifum effer autè primùm quidem miferò illi manus & pedes detrunc-

detruncare: deindè que capite illius defefto, corpus in vtram afininum infurum fufpendere, &c. Qui plura cognofcere auer, legat elegantiffimi hiftorici 4. 5. 7. & 8 libros.

Quid Græcis fignificent ἀπὸ τοῦ κρατίσου, ἀπὸ τοῦ βελτίσου, ἀπὸ τοῦ διακειμένου, & cetera.

CAPVT XXI.

Ἀπὸ τοῦ κρατίσου dixit Polybius pro fincerè, candidè, ferid, ingenuè, ab optimo animo, fedulò, fine dolo, fine fraude. hoc exemplis in medium prolatis amplius probandum duximus. Polybius igitur libro fexto: κρατὶς ὄν γάρ ἐν κρατῶ τίθενται τὸν ἀπὸ τοῦ κρατίσου χρηματισμὸν, κατὰ τοῦτον πάλιν ἐν ὀνείδει ποιοῦνται τὴν ἐκ τῆς ἀπειρημένων πλεονεξίαν. id effer, bono modo & ratione partas diuitias. Idem in octauo: οἱ δὲ τριεῦοντες ἀπὸ τοῦ κρατίσου γίνεσθαι τὴν ἐπιβολήν. Idem in eodem: εὐκείνοις ἢ τίσις παρασκευάζει πρὸς τοὺς πολίτας ὡς ἀπὸ τοῦ κρατίσου ποιοῦμένοις τὰς ἐπὶ τὰς ληξείας ἑξόδους, id effer, ferio. Polybius apud Suidam, ἄτε πεπεδαρχηκῶτων Καρχηδονίων ἀπὸ τοῦ κρατίσου τοῖς ἐπιταθιμένοις. Primo loco Musculus vertit A potentiffimo acceptum: Secundò, Geri a fupremo: Tertio, Quafi ab ipfo Imperatore. Nihil omnium rectè. Plato in nona epiftola pro eodem ἀπὸ τοῦ βελτίσου dixit. οὐκ ἀπὸ τοῦ βελτίσου, inquit, πρὸς τὰ κοινὰ προσέρχονται, Id effer, Malis artibus ad rempublicam accedunt. Dionyfius Halicarnaffenfis vtraque vtitur phrafi, interdum etiam addita voce παντός. Libro fexto, ὅσα μὲν οὖν ὑπὸ Ρωμύλου ταχθέντα ἐν ἐδιςμοῖς τε καὶ νόμοις παρέλαβε, ἀπὸ τοῦ κρατίσου τετάχθαι ἡγησάμηνος, ἢ κατὰ χάραν μένειν, id effer, optimè. Idem libro tertio, καὶ ἀπὸ παντός βελτίσου κρίνουσι τὸ συμβεβηκός, id effer, fimpliciter, non fucate. Idem eodem libro, ὁ μὲν οὖν Τύλλος ὡς ἐκ προθυμίας τε καὶ παντός τοῦ βελτίσου κοινωνεῖν ἐγνωκῶτα τοῦ πολέμου τὸν Μέτιον ἐπέθηκε. Idem aliquanto poft, ἀλλ' ἐπαυγῆν τετλίω ἀναχάρισι

χάρησιν αὐτοῦ τὴν ἐπὶ τὰ μετέωρα πρὸς πολλοὺς τῶν παρόντων ὡς ἀπὸ παντὸς τοῦ βελτίστου γενομένου ἐσκήλητο. libro 4. ὁμόσοντας τὴν νόμιμον ὄρκον ἢ μὴν τὴν ἀληθῆ καὶ ἀπὸ παντὸς τοῦ βελτίστου τετιμῆσθαι. Item, καὶ τὸν ἀξιοῦντες μὴ σφετερίζεσθαι τὸ σημεῖον, ἀλλὰ ἀπὸ τοῦ κρατίστου καὶ δικαιοτάτου λέγειν. Idem libro 7. αἱ μὲν ἀπὸ τοῦ βελτίστου δι' εὐνοίαν τε καὶ ἔλεον τὴν συμφορᾶς. Item, εἴτε ὡς ἀπὸ τοῦ βελτίστου τὰ κράτιστα συμβεβούλευες τούτοις. libro 8. πολλοῖς γὰρ δὴ καὶ ἄλλοις τῶν ἀπὸ τοῦ βελτίστου πολιτευομένων τὰ παραπήσια συνέβη παρ᾽ αὐτῶν. Idem libro 9. εἰδὲ ἡμᾶς μάλις μὲν ὡς ἀπὸ τοῦ κρατίστου τὰ βουλευόμενα αὐτῆς γενομένα καὶ ἐπὶ πάντων ἀγαθῶν δεχομένους ἀποσῆναι τῆς παρουσίας. Idem libro 10. ἀλλὰ ἡνομιζώ τῆτε βουλῆ καὶ τῶν δῆμων συμφέρειν ἀπὸ τοῦ κρατίστου καὶ δίχα πάσης εὐλαθείας εἶναι. Idem eodem libro. τότε δ' οὖν ἀπὸ τοῦ κρατίστου ταῦτα βουλευόμενος καὶ τὸν συνάροντα πείσας. Item, οὐ γὰρ μόνον ἀλλὰ μετὰ τῶν ἄλλων ἐπράξεν ἀπὸ τοῦ κρατίστου, χρηστότητος ἔφερον αὐτῶν δόκησιν. Simili huic phrasi vsus est Philostratus, de qua nihil oberit Thomæ Magistri verba afferre. ἀπὸ τοῦ διαχειμένου ὁμίλην τις λέγεται, ἢ γοῦν κατὰ φύσιν καὶ ὡς διάκειται. Φιλόστρατος (in vita Adriani Sophiste.) καὶ ὁ ἡρώδης οὐχ ὡς διαβάλλουσί τινες βασκαίνων τε καὶ τρωάζων, ἀλλ' ἀπὸ τοῦ διαχειμένου καὶ ἴλω ἀχροασάμενος. ὡσαύτως ἐπὶ τῆς αὐτῆς σημασίας λέγει καὶ τὸ ἀπὸ τῆς διατιθέμενης. hæc ille. Idem Philostratus dixit eadē forma in Phauorino ἀπὸ τοῦ ἴσου διεφέρεσθαι. Plutarchus in Themistocle: ὁ ἀριστίδης πολιτευόμενος οὐ πρὸς χάριν οὐδὲ πρὸς δόξαν ἀλλ' ἀπὸ τοῦ βελτίστου. Suidas citat Polybij hoc, καὶ τὸ μὲν παλαιὸν ἀπὸ τοῦ κρατίστου ἐγένετο παρὰ Ῥωμαίοις ἢ μονομαχία, ἐν ᾗ τοῖς καθ' ἡμᾶς πολλοὶ ὁδοὶ εὐρύται.

Scammate legendum esse apud Diuum Hieronymum in epistola ad Pammachium.

CAPVT XXII.

IN restituendo nobis Diuo Hieronymo defudarunt Erasmus & Cælius, qui cum in plerisque scopum attigerint hinc certe ab illo longissimè aberrarunt. Eius elegantissimi scriptoris hæc sunt verba in epistola ad Pammachiū. Cur tu omiffis super quibus

quibus certamen est, de scammate & loco certaminis egredere? Ita mecum legit beatus Rhenanus adnotans in Tertulliani locum postea referendum. hic pro *scammate* Erasmus & Cælius *stammate* legunt. Cælius etiam interpretatur. Stammata, inquit, in ratione militari sunt militibus in acie destinata loca. Vnde est illud Hieronymi, paræmiæ quadam facie pronuntiatum. Cur, inquit, omiffis super quibus pugna est, de scammate & loco certaminis egredere? Scamma autem quid significet malo lectorem a Budæi commentarijs petere & Cælio Aureliano chronicōn lib. 1. quod appellant scamma atque transcensum lignorum. tantum quædā hic producantur tum ex Latinis tum ex Græcis auctoribus, a paucis adhuc prolata loca. Tertullianus ad Martyres: Qui vos spiritu vnxit, & ad hoc scamma produxit. Diuus Ambrosius officiorum libro primo: Adhuc athletæ in scammate sunt, & tu iam otium petis? Vbi vulgata quædam exemplaria mendose habent *stammate*. D. Epiphanius, ἡ δ' ἀγῶν ἐτελεύτησεν, καὶ σκενώθη τὸ σκάμμα. D. Iohannes Chrysofomus scribens in dictum Apostoli, Vino modico vtete: καθάπερ οὖν ἐπὶ τῆς ἐξωθεν ἀγῶνεν οἱ σφριγῶντες τὰ σώματα καὶ εὐεκτοῦντες τῶν ἀδελφῶν οὐχ οὕτως φαίνονται, ἐπειδὴν τὸ διακροχον ἐλαίω πάντοθεν ἰμάτιον ὥστε περιβεβλημένοι, ἀλλ' ὅταν αὐτὸ ρίψαντες γυμνοὶ πρὸς τὰ σκάμματα ἔλκωνται, τότε μάλις τοὺς δευτέρους τῆς τῶν μελῶν ἀναλογίᾳ πάντοθεν ἐκπέπῃουσιν. Idem paulo post: ἐπὶ γὰρ πλείονα αὐτὸν καλῆ σκάμματα καὶ παλάσματα μείζονα. Idem in libello quo docetur neminem lædi nisi a seipso: καὶ μὴ υπερβαίνειν τὴν χρείαν τὰ σκάμματα. Idem in eodem: παρέβλαψε τὸν ἀδελφὴν τούτον, ἢ μαλακώτερον πρὸς τὰ ὑπὲρ τῆς ἀρετῆς ἐποίησε σκάμματα. Interpretes modò *stadia*, modò *lutas*, modò *certamina* interpretantur. Budæus in transitu Hellenismi: Ultra omnis penè memoriæ scammata, dixit, pro metis, terminis, fossis, siue limitibus. Hesychius, σκάμμα, inquit, ὁ ἀγῶν, σάδιον. Politianus in Panepistemone alludens ad carmen Horatij, Sape trans finem iaculo nobilis expedito, Quique iaculo nobiles trans finem scammatis expedito. Chrysofomus apud gnomologum, σκάμμα ἐστὶν ὁ παρῶν

D βίος, οὐ

βίος. ὃν ἢ τῶ σκόμματι καὶ τοῖς ἀγῶσιν οὐ δύναται ἀνεσεῖας ἀπολαύειν ὁ σφρανοῦσθαι μέλλον. Item: οὐδ' εἰς γενναῖος ἀδελφῆς ἐν τῶ σκόμματι λουτρὰ ἐπιζητεῖ καὶ τρώπειζαν πλῆθους ἄν.

Vox Agema apud plurimos scriptores depravata, in locum suum restituta.

CAPVT XXIII.

TER vocabulum Agematos reperio apud Liuium, cuius loca, vt inde illustrior huius significatio fiat, hic a nobis relata sunt. Ad dextrum latus phalangitarum, (inquit lib. 37.) mille & quingentos equites Gallogræcorum opposuit: his tria milia equitum loricatorum (cataphractos ipsi appellant) adiunxit. Addita his ala mille ferme equitum. (agema eam vocabant.) Medi erant lecti viri. Hic locus ante industriam doctissimi viri Sigismundi Gelenij deprauatissime circumferebatur. Nam pro *agema*, hanc Genem, & pro *Medi*, medij legebatur. Miror autem Robortellum cum hanc partem Æliano suo adijceret, potius mendosam vulgatam lectionem maluisse sequi quam optime restitutam recipere. *Equites* autem & *equitum* pro *pedites* & *peditum* scripsimus ex sententia Caroli Sigonij. Appianus in historia Syriaca: τοιοῦτον μὲν ἦν τὸ πρῶτον Ἀντιόχῳ. ἰππεῖς ἢ ἐκστέρων δὲν αὐτοῦ παρατετάχατο, Γαλάται τὲ κατὰφρακτοὶ, καὶ τὸ λεγόμενον ἄγμα τῶν Μακεδόνων. εἰσὶ ἢ καὶ οἷδε ἰππεῖς ἐπίλεκτοι, καὶ παρ' αὐτὸ ἄγμα λέγεται. τὰ μὲν δὲ ἴσθι τὸ φάλαγγος ἦν ἐκστέρων. huius interpretres Candidus *agmina* vertit, Gelenius ex Liuiio *alas* & *agema* reddit. Idem Liuius decad. 5. lib. 2. Summa omnium quadraginta milia armata fuere: quorum pars ferme dimidia phalangitæ erant. Hippias Beræus præerat. Delecta deinde & viribus & robore ætatis ex omni cetratorum numero duo erant *agmata*, hanc ipsi regionem vocabant. Idem paulo post in eodem libro: Medius omnium rex erat, circa eum *agema* quod vocant, equitumque sacre alæ. Apud Curtium libro quarto pro *agema* perperam *agmina* vulgo legitur. Tu igitur me auctore illic legito, In dextero cornu locati sunt equites quos *agema* appellant. Idem Curtius lib. 5. Duces erant itineris de captiuis dati.

Ipse

Ipse cum armigeris & ala quam *agema* appellat. Sed quis non miretur hanc vocem bis apud Polybium in veteri Sipuntini pontificis versione, ter in Musculi editione quæ existimatur ceteris integrior, adhuc exstare mendosam, præsertim cum adiecta sint græca, vnde nullo negotio poterat castigari? Polybius igitur lib. 5. εἰς τοὺς τε πελτασᾶς καὶ τοὺς ἐκ τῆς λεγομένου παρὰ τῆς Μακεδόνων ἀγῆματος. Idem in eodem libro: Ευρύλοχος μὲν γὰρ ὁ Μάγνης ἠγεῖτο σχεδὸν ἀνδρῶν τρισχιλίων, τὲ καλομένου παρὰ τοῖς βασιλεῦσιν ἀγῆματος. Item paulo post: τούτων ἢ διαταραχθέντων, καὶ τὰς πρὸ αὐτῶν τάξεις συνωθουμένων, τὸ μὲν ἄγμα τὸ τοῦ Πιλομαχῆς πεζόδρομον ὑπὸ τῶν θηρίων ἔκλινε. Primo loco vtraque editio *Agemia* habet, secundo *Agnema*, tertio vetus rectè *agema* habet, sed Musculi editio *agmen* præfert. Arrianus rerum Alexandri libro 6. αὐτὸς μὲν τοὺς ἰππασσιῶν τε ἅμα οἱ ἑμπάντας ἐπὶ τὰς ναῦς ἀνεβίβασε, καὶ τοὺς τοξότας καὶ τοὺς ἀρχιᾶνας, καὶ τὸ ἄγμα τῶν ἰππέων. Varinus & Suidas, ἄγμα, τὸ πρῶτον τῆ βασιλείας τάγμα ἑλεφάντων καὶ ἰππων καὶ πεζῶν: οἱ ἢ τὸ ἄριστον τῆ Μακεδονικῆς συντάξεως κραταῖον ὀπίσει καὶ σωματίων ἐνεξία. Cælius equitum alam quæ dicitur *agema*: quanquam & de peditibus dicit ἄγμα testatur Arrianus. Locus Arriani quem significat Cælius exstat libro 5. ἔλθειν τε εἰς τὸ ὄρος τὸν μικρὸν ζῶν τοῖς ἐταίροις ἰππεῦσι καὶ τῶ πεζικῶ ἀγῆματι. Alioqui dixisset ἄγμα ἰππέων, vt in loco superius a me allato. Paulo post in eodem libro, ἄγμα ἰππέων & ἄγμα βασιλικὸν legitur. Diodorus libro 19. καὶ τὸ Πευκέσου καὶ Αντιγένους ἄγμα. Γ. ἔχον ἰππεῖς μῖα περιειλημμένους ἔλη. ἐπ' ἄκρου ἢ τῆ κέρατος τὸ Ευμενοῦς ἄγμα τοὺς ἴσθι ἔχον ἰππεῖς. Adrianus Iunius nobiscum facit, cuius hæc sunt verba: Vtitur eo vocabulo Q. Curtius lib. 4. vbi corruptam lectionem ex fide vetusti exemplaris nos restitimus. hæc Iunius in Lexico.

Emaculatus Ammonius in voce ἀλλισαργος, & Galenus in ἐλινοῦειν.

CAPVT XXIIII.

ADRIANVS Iunius doctissimus medicus & de nostris quoquelitteris præclarè meritis, Animaduersorum suorum

D 2 libri 3.

lib. 3. cap. 14. reposuit in locum suum vocem ἀπάσου sede sua motam ab interprete. Eius viri sententiam hoc nostro tibicine confirmandam duximus, & obiter mendum e Græco auctore tollendum. ἀλίπασον ἢ ἀλίσαρτον διαφέρει, inquit Ammonius, (quem Herennium Philonem alij malunt vocati.) τὸ μὲν γὰρ ἀλί παρασμένον κρέας ἢ ἰχθῦν ἔλεγον ἀλίπασον· ἀλίσαρτον δὲ τὴν ἀλί ἐπαρμένῳ χῶραν, ὡς τινῶν φθορῶν τοῦτο ποιούντων. ὅθεν καὶ ὁ βίος τοὺς ἠκισμένους καὶ δυσθεραπεύτως ἔχοντας τὰ σώματα, ἀλίσαρτους καλεῖ. id est, Halipaston & Halisparton differunt. Nam illud quidem (scilicet halipaston) dicebant carnem aut piscem sale conditum: halisparton verò terram sale conspersam, nimirum inuidis aliquibus hoc facientibus. Quare & vulgus homines afflictos & deploratæ valetudinis, Halispartos vocat. Est igitur ἀλίπασον contrarium ἀπάσι, eiusdemque cum illo derivationis. Quòd autem Ammonium a nobis castigatum testati sumus, vulgo apud eum legitur ἀλίσαρτον, ἐπαρμένῳ, & ἀλίπαρτους. Athenæus libro 14: ἀλίπασων δὲ κρεῶν μνημονεύει Αριστομένης ἐν Διονύσιῳ, Ἀλίπασα ταῦτα παραπίθημί σοι καὶ ἐν γόσι, Οσρακὸν ἀλίπασον ἀεὶ τὸν δερᾶποντ' ἐδίειν. Adrianus Iunius in adagio Sale conspersi, eadem verba propemodum ex Eustathio in Odyssæa 17. adducit, quæ nos ex Ammonio. ἀλίσαρτι, inquit, quasi dicas sale muriæ conspersi, Comico sale dicuntur homines profligatæ valetudinis & morbofi, quòsque ægerrimè sanitati reddere queas: οἱ δὲνῶς δυσθεραπεύτι τὰ σώματα, vt exponit Eustathius. Ducta a litore metaphora, quod quia sale alluitur, nec fructum nec sementem profert: quemadmodum homines valetudinarij manuum pedumque munia difficulter obeunt, neque inoffensè naturales actiones edere possunt. Hæc & plura apud illum leguntur. Idem Galeni interpretès cum incidisset in locum mendosum, καὶ τὰ μὲν ἰλιγυόντων γίγεται, τὰ δὲ ὀξύτατα κινουμένων, vel (vt ipsius codex habebat) ὀλιγυόντων, quod lentè motis vertit Linacer: putavit βραδυνόντων pro eo legendum esse. Quæ vox cum nimium recedat a vestigijs depravatæ lectionis, nos eam omnino non recipimus, sed ἰλιγυόντων, quæ

vox &

vox & magis propria est huic loco, & minimum recedit a vestigijs mendosæ lectionis. Theocritus, καὶ λήγειν εὐδοντος, ἐλιγύσαι δὲ τὸ καῦμα, id est, βραδύναι, ἡρέμην. Vtuntur illa sæpe Hippocrates, Herodotus, Dionysius Halicarnassensis in primo: ἐλιγύουσι ἐργῶν ἵπποι καὶ οὐρῆς dicens, Arrianus, & Galenus etiam libro 5. ὑγιεινῶν, (Nam superior locus est allatus ex secundo libro) τὰς δερμᾶς φύσεις ἐξίῳν ἐλιγύειν. Idem in eodem libro: ἀλλ' ἴταν ἐλιγύειν τὰς δερμᾶς φύσειν ὁ Ἱπποκράτης συμβουλεύει. In hæc Galeni verba affert idem interpretès ex Hippocratis lib. 6. Epidem. par. 4. aphor. 13. ἐνθέρμῳ φύσιν φύσις, ποτὸν ὕδωρ, ἐλιγύειν. Idem περὶ διαίτης libro 2: πλείω χρόνον διελιγύσας. Item: δὲ μὲντι καὶ τὸ σῶμα τοῦτέοισι ἐλιγύειν. Item: ἐλιγύειν τὸ πηίδεος τὸ βρώμης. Suidas, ἐλιγύειν, διατρίβειν, μέλλειν, ἡσυχάζειν, ἀτρεμίζειν, σχολάζειν, βαδύμην, παύεσθαι, στραγγεῖν. Idem interpretès ἀλεξήτηριον putat compositum esse ex ἀλεξέω & ἰγήριον, cum simplex sit, non compositum, eadem forma deductum ab ἡλεξήται quia ab ὄρμηται ὄρμητήριον, & a κεκοίμηται κοιμητήριον. Alioqui dicendum fuisset ἀλεξήτηριον. Probare etiam non possum quòd in eisdem libris Linacri versionem ille in eo reprehendit, quòd is ὡς ὅτι τῶν ὀχουμένων καὶ πλεόντων ἢ περιβομένων καὶ καθαιρομένων, verterit, Veluti in vehentibus, nauigantibus, perfricandis, purgandisq;. Nam quòd ait passiuè interpretandum fuisse non actiuè, miror eum non animaduertisse, vehentibus accipiendum esse passiuè, eodem scilicet sensu quo Cicero dixit in primo de natura deorum, Qualis ille maritimus Triton pingitur natantibus inueniens belluis. & Politianus, Altrinfecus autem Cereris imagunculam draconibus vehentem. Qui plura desiderat testimonia, inueniet apud Virgilium, Aulum Gellium, & Iustinum. Liuius quoque deca. 3. lib. 2, Cn. Lentulus cum præteruehens Consulem vidisset. & Viues, vehentem canterio.

Seleuci Regis faciem in statuis cornigeram fuisse, non Lysimachi, contra Politiani sententiam.

CAPVT XXV.

D 3

LYSI-

LYSIMACHI Regis facies cornigera in nomismatis, inquit Politianus. Causa eius apud Appianum in Syriacis. Imò Appianus illic scribit Seleuci faciem in statu is cornigeram fuisse, non Lysimachi. γεγομένη δὲ τῷ Σελεύκῳ τὰ ἐς πολέμους εὐ-
 τυχεσάτω Νικάτωρ ἐπώνυμον γίγνεται. τῷδε γὰρ ἀρέσκομαι μᾶλλον
 τὸ Νικάτορα κτῆναι, καὶ τῷ σώματι δυτι εὐρώσῳ τε καὶ μεγάλῳ, καὶ ταύ-
 ρον ἄρχιον ἐν Αλεξάνδρου θυσιᾷ ποτὲ ἐκδορόντα τῷ δεσμιῶν ὑποσάν-
 τι μόνῳ, καὶ ταῖς χερσὶ μόναις κειραρισμένῳ, προσβίβασι ἐπὶ τοὺς ἀν-
 δριάντας ἔστι τῷδε κέρατα. Et quia victoriosus fuit, Nicator vo-
 catus est. Hoc enim credere malim quàm cognomen ex Nica-
 tore cæso retulisse eum, quasi opimum spoliū. Et quia vasto
 robustoque fuit corpore, aded vt taurum ferocem sacrificante
 Alexandro vinculis ruptis profugum solus cornibus arreptum
 retinuerit manibus, affingunt eius statu is cornua. Haftenus
 Gelenij verba retulimus. Paria his scribit Suidas in voce Σέ-

λευκος. φασὶ δὲ Σέλευκον, inquit, συνόντα Αλεξάνδρῳ τῷ Μαχε-
 δόνι ταύρον θυομένῳ ἀποδράντα μόνον περιγενέσθαι αὐτῷ
 τῷ κέρατων κρατήσαντα, καὶ διὰ τοῦτο τῷ
 ἀγάλματι αὐτοῦ ἐν τῇ κεφαλῇ περι-
 βίβασι κέρατα.

FINIS PRIMI LIBRI.

LIBER SECVNDVS.

In nono Demetrii apophthegmate ter Demetrii nomine inducto
 substituendum esse Seleuci nomen.

CAPVT PRIMVM.

VT SUPERIORI capite Seleuci nomen Lysimachus oc-
 cupauerat: ita in eo quod iam subijcitur, Demetrius. Cum Era-
 sistratus (inquit Erasimus) Demetrio Antiochi filij mentem qua
 mori destinauerat indicasset, simulq; factus esset huius affectio-
 nis causam esse amorem, Demetrius qui adolescentē vnice ad
 amabat, per omnia multis cū lacrymis cœpit obtestari vt illius
 incolumitati cōsulereetur. Cū Erasistratus addidisset immedi-
 cabile malum esse, quodd in ipsius vxorē deperiret; hoc audito
 Demetrius, & cetera. Pro, Demetrio & Demetrius, legendum
 Seleuco & Seleucus. auctores habeo Plutarchū, Valerium Ma-
 ximum, Appianū, & Suidam. Plutarchus igitur in Demetrii vi-
 ta: Fit autem certior Demetrius de Stratonice filia quæ Seleuco
 nupserat, eam vxorem esse factam Antiochi Seleuci filij, regi-
 nāque declaratam Barbarorū superiorum. Contigit enim,
 vt vero simile est, Antiochum captum amore Stratonices ado-
 lescentulæ, iamque prolem ex Seleuco habentis, miserè af-
 flictiari, multaque facere cum malo pugnātem. Postremò
 autem vt sese damnato nefanda quidem concupisceret, incu-
 rabili verò morbo teneretur, mentēque captus vt rationem
 quæreret vitæ finiendæ & corpus sensim resoluendi, neglecta
 curationis, cibi que subductione, morbo se aliquo teneri fin-
 gens. Erasistratum autem medicum ferunt facile sensisse
 eum amare, sed quam amaret, cum difficilis esset coniec-
 tura, inuenire cupientem, in eius cubiculo totos man-
 sisse dies. Cumque aliquis adolescentulorum mulierumque
 formosarum ingrederetur, faciem Antiochi inspicere solitum,
 easque corporis partes quæ maximè natæ sunt animo compati
 mutato: ad hæc motus corporis obseruare. Ceterum quum
 reliquis quidem ingredientibus eodem se haberet modo, in-
 gressa verò Stratonice vel sola vel cum Seleuco, sæpe fiebant
 circa

circa eum omnia illa Sapphus indicia, vocis scilicet retentio, igneus rubor, oculorum demonstrationes, sudores vehementes, inconstantia & perturbatio in pulsibus. Postremò autem animò vi victo hæsitatio, pavor, & pallor. Ad hæc colligentem ex vero similibus cõiecturis Erasistratum, narrant nequaquam ad mortem vsque morbum suum tacitum obstinatè laturum fuisse regis filium, si aliam amaret, molestum quidem putasse si diceret hæc vel aperiret. nihilominus tamen fretum voluntate Seleuci erga filium, vel cum periculo ausum esse suo tandem eloqui, Morbum inuenis esse amorem quidem, sed cui nullis viribus aut remedijs occurri possit. Cùm hic percussus Seleucus sciscitatus esset, *Quid ita verò incurabilis esset morbus: Erasistratum dixisse, Quia per Iouem ille vxorem meam deperit. Tum Seleucum dixisse, At amice Erasistrate recusares tu filio meo concedere eas nuptias, cùm illi sis amicus: præsertim cùm nos videas illo vno niti? Erasistratum ad hæc dixisse, Sed ne tu quidem ipse cùm pater sis, hoc facturus esses, si Stratonicen tuam concupisceret Antiochus. tum Seleucum dixisse, Amice, vtinam quàm primùm huc aliquis deorum vel hominum conuertat vel mutet morbum. Nam mihi quidem certè vel regnum pro derelicto habere pulchrum esset, dum Antiocho obsequor. Cùm hæc non sine maxima animi perturbatione Seleucus multisque cum lacrymis diceret, Erasistratum iniecta illi dextera dixisse, Nihil illi opus esse Erasistrato. Nam cum pater & vir sit & rex, eum medicum quoque domus suæ fore optimum. Statimque Seleucum coacta concione publica pronuntiasse, se velle & statuisse omnium superiorum locorum Antiochum regem declarare, & Stratonicen reginam, contracto inter ipsos matrimonio. Valerius quoq; Maximus de indulgentia parentum in liberos scribens: Seleuci regis filius Antiochus nouerca Stratonices infando amore correptus, memor quàm improbis facibus arderet, impium pectoris vulnus pia dissimulatione contegebat. Itaque diuersi affectus iisdem visceribus ac medullis inclusi, summa cupiditas & maxima ve-*

recundia,

recundia, ad vltimam tabem corpus eius redegerunt. Iacebat ipse Antiochus in lectulo moribundo similis, lamentabantur necessarij, pater mærore prostratus de obitu vnici filij de quæ sua miserima orbitate cogitabat: totius domus funebris potius quàm regius erat vultus. Sed hanc tristitiæ nubem Leptini mathematici, vel, vt quidam tradunt, Erasistrati medici providentia discussit. Iuxta enim Antiochum sedens, vt eum ad introitum Stratonices rubore perfundi & spiritu increbescere, eaque egrediente pallere, & excitatiorem anhelitum subinde recuperare animaduertit, curiosa obseruatione ad ipsam veritatem penetravit. Intrante enim Stratonice & rursus abeunte, brachium adolescentis dissimulanter apprehendendo, modò vegetiore, modò languidiore pulsû venarum comperit cuius morbi æger esset, protinusque id Seleuco exposuit. *Qui carissimam coniugem filio suo cedere non dubitavit, quòd in amorem incidisset, fortunæ acceptum referens: quòd dissimulare eum vsque ad mortem paratus esset, ipsius pudori imputans. Subijciatur animis senex, Rex, amans, iam patebit quàm multa quàmque difficilia paterni affectus indulgentia superauit. Appiani & Suidæ verba referendo nolo esse prolixior.*

Quid bædones & quid ωδνια, ad hæc an vdonez dicendum an odones, vel (vt alij malunt) ædones, an bædones.

CAPVT SECVNDVM.

QVI V DONES legunt, tuentur se auctoritate Martialis, cuius distichon exstat,

Non hos lana dedit, sed olentis barba mariti:

Cinyphio poterit barba latere sinu,

Hoc titulo, Vdonez Cilicij. Qui odones legunt, pro se statem habent vulgatam lectionem loci Pandectarum: Alia causa est odonum, quia vsum calciamentorum præstant. Atque ita reperio apud Epiphanium propemodum. τὰ ἄλλα τὰ ἔδρια ὡς εἰ-
παίη τὰ δὲ ἱματίων γεγενημένα, ἀπαρὰ τισιν ὀδώνια κέκληται ἢ βράκια,
E χερσὶ

χειρὶ περιτιθέασι, δακτυλίου δὲ τοῖς ποσίν, id est, Alia autē pedalia, ut ita loquar, quæ in vestimentis fiunt, quæ apud quosdam odonia siue odones vocantur aut braccæ, manibus accommodant: annulos verò pedibus. *πέδια* autē videtur dixisse cūm hac excusatione, ut ita dicam, propterea quòd in sermone græco uteretur voce latina. Alioqui *πέδια* dicendū fuisset vel *ποδίδια*. Pol- lux lib. 2. ὃ δὲ καμικὸς Πλάτων καὶ ποδαργία ἔφηκε (sic enim lego, non *ποδάρια*, ut habent impressi.) καὶ *πέδια* δὲ τοὺς περὶ τοῖς ποσὶ πέλους Κριτίας, & Αἰσχύλος *πέλυτρα* καλεῖ. Idem libro septimo: ἃ δὲ *πέδια* Κριτίας καλεῖ, εἴτε πέλους αὐτὰ οἰκίτων, εἴτε περιειλήματα ποδῶν, ταῦτα *πέλυτρα* καλεῖ ἐν Φοινίσσας Αἰσχύλος, *πέλυτρα* ἔχουσι εὐθέτοις ἐν ἀρβύλαις. τὰ δὲ *πέλυτρα* εἶδος ὑποδήματος, ὡς περ αὐτὰ *πέδια* ταυτὸν ἦν τῆς ἀναξυρίσι. Idem libro decimo: καὶ *πέλυτρα*, οὕτω γὰρ Σοφοκλῆς τὰ *πέδια* (aliter τὰς *ποδίδιας*) καλεῖ. τοὺς δὲ περὶ τοῖς ποσὶ πέλους οὐ Πλάτων μόνον ἐν τῷ συμποσίῳ φησας, ἐνεληγμένων τοὺς πόδας εἰς πέλους, ἀλλὰ καὶ Κρατίνος ἐν μαλακοῖς, ὑπὸ ποσίν ἔχων πέλους πλεκτοὺς, καὶ ἔπειτα τῶν ὀνομαζομένων ἡδονῶν πέλους τριμίτους, Λυσίππου εἰπόντος ἐν βάρκασι.

Eadem penè omnia referuntur libro septimo: οὐ μόνον δὲ ὅτι τῶν κεφαλῶν ἐπιτιθέμενος πῆλος οὕτως ἐκαλεῖτο, ἀλλὰ καὶ ὁ περὶ τοῖς ποσίν ἔχων, ὡς δηλοῖ Κρατίνος ἐν Μαλακοῖς, (Μαλακοῖς supra, & Athenæus.) λευκοὺς (aliter πλεκτοὺς) ὑπὸ ποσίν ἔχων πέλους, &c. Idem libro decimo cap. 40. ὅτι δὲ σκευῶν καὶ ἀναξυρίδες καὶ σκελεῶν καὶ ποδίδες. In his referendis fui longior, ut obiter quædam apud Pollucem mendosa restituerem. Ceterum illa verba καὶ ἔπειτα τῶν ὀνομαζομένων ἡδονῶν, vel potius οἰδονῶν, vel οἰδονῶν, pro illis faciunt qui hædones vel ædones legunt. Lazarus Baysius in pandectis non *odonum* sed *ædorum* legit, cuius ideo hic verba subieci. Legendum est, inquit, *ædorum* non *ædonum*, e quorum *ædorum* pellibus fiebant calceamenta, ut ex antiquis marmoribus Romæ coniecimus. Neque verò postulo, lector optime, ut mihi fidem habeas, nisi id ita esse conuicero ex festiuissimo poeta Martiale libro duodecimo ad Phœbum. Versiculos autem ipsos Martialis adscribam, simul

ut &

ut & rideas non solum Phœbum, sed & Accursium, si ita tibi videbitur: simul verò etiam ut hanc nostram coniecturam non absurdam vero cognoscas.

Oedina tibi pelle contegenti

Nuda tempora verticemque caluæ,

Festiuè tibi Phæbe dixit ille

Qui dixit caput esse calceatum.

Festiuè autem dixit, propterea quòd Romani temporibus illis in calceamentis uterentur pellibus ædinis. & sanè facilis fuit lapsus *ædonum* ad *ædorum*, sola r littera in n mutata. Hactenus Baysius. Ego ad vetera exemplaria refero. Idem Pol- lux libro septimo: τὰς δὲ ἀναξυρίδας καὶ σκελεῶν καλοῦσι. τὸ μὲν ὄνομα καὶ παρὰ Κριτία ἐστὶν ἐν τῆς πολιτείας. Αντιφάνης δὲ αὐτὸ ἐν ἀντιφάνη (vulgo *perperam* ἐναντία legitur) παρεξηγεῖται. τῆς δ' ἐν αὐτῆς σοφίστι τετραγραφημένους σκελεῶν καὶ τιάρας. Vbi apud Hesygium legitur βαρᾶκακα ἀγριοὶ διφθέρα παρὰ κελτοῖς, fortasse legendum est βαρᾶκακα ἀγριοὶ διφθέρα.

Quid σακχυφάνται apud Demosthenem, eademque vox apud Pollucem restituta.

CAPVT TERTIVM.

POLLUX libro septimo: σακχυφάντας δὲ Δημοσθένης ἔφηκεν ἐν τῷ κατ' Ολυμπιοδάρου. Idem libro octavo: Δημοσθένης ἐν τῷ κατὰ Ολυμπιοδάρου λέγει, Καὶ οὗτος εἴλετο τοὺς φαρμακοτρίδας καὶ τὴν οἰκίσκην (οἰκίαν tamen iam illic *perperam* legitur.) ἐγὼ δ' ἔλαβον τοὺς σακχυφάντας καὶ τὴν οἰκίαν, ὡς εἶναι τὴν οἰκίσκην μικρὸν οἰκίδιον. Idem in fine decimi libri, ὅταν Δημοσθένης εἴπη σακχυφάντας, τοὺς πλέκοντας τῆς γυναῖξί τοὺς κερυφάλους ἀκούουσι. Id est, Cum Demosthenes dixit Sacchiphantas, eos qui plectunt siue texunt siue nectunt mulieribus vittas siue reticula intelligunt. Vulgo tamen illic legitur ὅταν Δημοσθένης εἴπη σακχοφάντας, τοὺς πλεονέκτας τῆς γυναῖξί τοὺς κρυφάλους ἀκούουσι. Demosthenes paulo prius in eadem

E 2

oratione:

oratione: καὶ ἡ μὲν ἑτέρα ἦν μερίς οἰκία, ἑτέρα δὲ ἢ ἕκει αὐτὸς ὁ Κόνων καὶ τ' ἀνδράποδα αἰ σακχυφάντα.

Locus Theonis sophistæ ab interprete deprauatus, in locum suum restitutus, idemque ex Quintiliano explicatus.

CAPVT QVARTVM.

QVINCTILIANVS libri 7. cap. 10. Alterum, inquit, genus ambigui est, in quo alia integro verbo significatio est, alia diuiso: vt ingenua, & armamentum, & coruinum. ineptæ sanè cauillationes; ex quibus tamen Græci controuersias ducunt. Inde αὐλητρὶς illa vulgata, cùm quaeritur vtrum aula quæ ter ceciderit, an tibicina si ceciderit, sit publicanda. hactenus Quintilianus. In eandem sententiam Laërtius in Zenone, ἀμφιβολογία δὲ ἔστ' λέξις δύο ἢ καὶ πλείονα πράγματα σημαίνουσα λεκτικῶς καὶ κυρίως καὶ κατὰ τὸ αὐτὸ ἔδος, ὡς ἄμα τὰ πλείονα ἐκδέξασθαι (ita enim legendum ex Suida, non ἐκδέξασθαι, vt habent Laërtij impressi) κατὰ τὴν αὐτὴν λέξιν, ὡς αὐλητρὶς πέπλωκε, δηλοῦται γὰρ δι' αὐτῆς τὸ μὲν τοιοῦτον, οἰκία τρις πέπλωκε· τὸ δὲ τοιοῦτον, αὐλητρία πέπλωκε, vel (vt Suidas habet) ἡ καθαρωδὲς ἢ αὐλοῦσα. Theon sophista· ἀσαφὴ δὲ τὴν ἐρμηνείαν ποιῶν καὶ ἡ ἀμφιβολία πρὸς τῶν διαλεκτικῶν λεγομένη, παρὰ τὴν κοινὴν τῆ ἀδιαρέτου τε καὶ διηρημένου, ὡς ἐν τῷ Αὐλητρὶς πεσοῦσα δημοσία ἔσω. ἕτερον μὲν γὰρ τι ἔστ' τὸ ὑφ' ἐν καὶ ἀδιαρέτον, αὐλητρὶς ἔσω πεσοῦσα δημοσία· ἕτερον δὲ τὸ διηρημένον, αὐλὴ τρις πέπλωσα. Vbi Camerarius perperam legit αὐλητρὶς πῶς οὔσα. Et ita interpretatur quasi in πέπλωσα & πῶς οὔσα sit amphibologia, cùm hic mutetur scriptura. Nihil autem oberit verba eius hinc tubieicisse. Obscurant orationem & ea quæ vocantur ambigua a Dialecticis, in confusione diuisi & coniuncti. Vt si dicatur quoddam tibicina debeat populo addici quæ corrue- rit, id est πεπλωσα coniunctim: vel quæ puella sit, diuisim πῶς οὔσα. hactenus interpretis verba retulimus. Talis ambiguitas est in illo Aristophanis, ἀπὸ νοῦ χλαπασῶν, vel vt apostrophus sit ἐν ἀπὸ, ἀπ' ὄνου χλαπασῶν· & in illo, γαλῆν ὄρω, & γαλῆν ὄρω. id est,

id est, a mente delapsus, vel ab asino: mustelam video, vel tranquillitatem video. ἐστὶν οὖς, ἐστὶν ἄξιος· & ἐστὶ νοῦς, ἐστὶ νάξιος. id est, est auris, est dignus: est mens, est Naxius. βιβλιαρίου καὶ νοῦ, & βιβλιαρίου καινοῦ, in Stilpone & Antisthene.

Due ex Suida maculae tolluntur in voce ὄρτυγοκόπος.

CAPVT QVINTVM.

DVAE turpes maculae deformatunt Suidam in voce ὄρτυγοκόπος, quas non modò non sustulit Pius Bononiensis, cum in hoc lusus genere Suidæ verba referret, sed auxit atque confirmauit. ὄρτυγοκόπος, inquit, παιδιὰ τις ἐν ἢ ὄρτυγας ἰσῶσιν ἐν γύρω, οὗς τύπουσιν εἰς τὴν κεφαλὴν. καὶ ὁ μὲν ἐν τῷ γύρω χαπαλαθῆν τὸν ὄρτυγα, λαμβάνει ἐξῆς οὗς ἀν δύνηται· ὃ δὲ ἀποτυχῶν παρέχει πατέρω τοὺς ὄρτυγας τύπειν, καὶ τοῦτο ἀνὰ μέρος ποιοῦσι. (id est, & hoc faciunt vicissim.) λέγει οὖν ἐν Αλκιβιάδῃ· οὐκ ἄλλα προσμειδῶν σε δέει ἀποελέποντα τὸν ὄρτυγοκόπον, καὶ τοιοῦτους ἄλλους. ἐν Φαίδωνι· ὅτι οὐ πρὸς τοὺς τυχόντας ὁ ἀγὼν ἔστι, πρὸς δὲ τοὺς ἀρίστους. διόπερ οὐ θαυμητέον, μηδὲ ὄρτυγοκοπεῖν, μηδὲ πρὸς τὰ τοιαῦτα ἐπιθῆσθαι hæc verba Pius ita interpretatur: Ortygocopus est quidam ludus in quo ponunt ὄρτυγας in gyro & in caput feriunt, in quo gyro ij qui contingere potuerunt coturnicem accipiunt: illis autē qui tangere non potuerunt, partes faciunt. Leges hoc in Alcibiade: οὐκ ἄλλα προσμειδῶν σε δέει ἀποελέποντα τὸν ὄρτυγοκόπον καὶ τοὺς τοιοῦτους ἄλλους. Similiter in Phædone· ὅτι οὐ πρὸς τοὺς τυχόντας ὁ ἀγὼν ἔστι, πρὸς δὲ τοὺς ἀρίστους, & cetera. Hactenus Pij verba recensuimus. Primum omnium pro προσμειδῶν lego πρὸς Μειδίαν, id est, ad Midian, ex Platonis in primo Alcibiade his verbis. Σω. οὐκοῦν ἔπερ ἐν γῶ ἔχης ἡγεμῶν εἶναι ἡσδε τῆς πόλεως, ὡς πρὸς τοὺς Λακεδαιμονίων βασιλεῖς καὶ τοὺς Περσῶν τὸν ἀγῶνα σοι ἠγοούμενος εἶναι, ὀρθῶς ἀν ἠγοῖο. Αλκι. κινδυνεύεις ἀληθῆ λέγειν. Σωκρ. οὐκ ἔγ' γὰρ, ἀλλὰ πρὸς Μειδίαν σε δέει τὸν ὄρτυγοτρόπον ἀποελέπειν, καὶ ἄλλους τοιοῦτους δι' τὰ τ' πόλεως πράττειν ἐπιχειροῦσιν. Hæc Platonis verba Proclus aut Plotinus aut alius quispiam interpretans, inquit, ἐμφορῶν ὅτι οὐ πρὸς τοὺς τυχόντας ὁ ἀγὼν ἔστι, id est, significans

E 3 non esse

non esse Alcibiadi certamen cum vulgo aut aliquo e plebe. Neque enim ex Phædone Platonis sequentia verba deprompta esse credendum est. Notandū est postrema verba Antonini esse, qui καὶ τὸ μὴ ὀρτυγοτρόφῃν μηδὲ περὶ τὰ τοιαῦτα ἐπισηδῶσαι habet, & Athenæū li. ii. ὀρτυγοκόπον legere. Hęc enim scribit de Alcibiade priore Platonis: τὸ ἀδελφόν τε ἔσθ' Ἀλιβιάδ' & Νικίαν μαινόμενον τε ἀποφάνει, καὶ τὸς ἑοὺς αὐτῷ ἠλιθίως, Μειδίαν τε ὀρτυγοκόπον. Unde apud Plat. ὀρτυγοκόπον legendū videri, quod Pollux negat tamē Atticis in vsu esse. De eo Aristophanes in Auibus: Μειδίας ἦ καὶ ὄρτυξ ἐκαλεῖτο. καὶ γὰρ ἦκεν ὄρτυγι ὑπὸ συφοκόμπ' & περιληγμένω. In qua verba afferam Scholiastę licet mendosissimum cōmentarium. ὁ δὲ Ἰδύμος οὕτως. ὁ ἦ Ἀρμόνιος ὡήδη δὲ ἐπιθέτετ' Μειδίαν ὄρτυγα χαλῶσαι γελοίως, διὰ τὸ κυβευτὴν εἶναι, καὶ ἐν τρυφῇ (forte πύργω vel γύρω legēdū) τοὺς ὄρτυγας κόπτειν. οὕτως αὐτῷ νῦν Ἀριστοφάνης προσεῖπε· δηλοῖ ἦ τὸ Αἰριστοφάνης ἐν Περιαγωγῇ, χρῆσθόν μὴ κατὰ Μειδίαν ὀρτυγοκόπον. λέγει ἦ ἐν ποασρίαις ὁ αὐτὸς, ὡς καὶ περὶ ἀλέκτορας αὐτῷ ἰσχυρὰ δακότες διαβάλλεται ἦ εἰς τε πανηγύριον, ὡς Πλάτων ἐν Νίκαις, καὶ κλοπίης δημοσίων, ὡς Μεταγένης ἐν Ὀμήρῳ, καὶ συκοφαντῆρα, κοβαλὸς τε εἶναι ἐλέγετο, καὶ πτωχαλάζων, ὡς Φρύνιχος ἐν ἐπιάλτῃ. ὁ ἦ Σύμμαχος ἦκεν ἐώκει (forte ἦκεν vel ἦικεν) ὄρτυγα ἦ λέγει ὅτι ὀρτυγοκόπος ἦν, περὶ οὗ προέφηται. φέρεται ἦ ἐν τοῖς πλείστοις συφοκόμπω, καὶ σαφὲς οὐδὲν ἔστιν εὐρεῖν. Διονύσιος ἦ δὲ Ζάπυρος γράφει ὑπὸ ὀρτυγοκόμπω, καὶ δεηγῆτο ὅτι ἐγκραταί. τὸ μ. δέλει γὰρ εἰπῆν τὸ ὀρτυγοκόμπω, ἐπεὶ καὶ αὐτὸς τῷ ὄρτυγοκόμπω. συφοκόμπω, ὁ μάχιμος ὄρτυξ, παρὰ τὸ σερεῖς κόπτειν. ὄνομα ὄρνευ ἐπλασε παρὰ τὸ κολάπτειν τὴν κεφαλὴν, ὃ συμβάλλει τοῖς ὄρτυξιν. Hactenus Scholiastes. Idem in Plutū scribens: καὶ δὴ καὶ ἰδίως ἐκαλεῖτο τὴλῖα περιφραγμα σάνιδων ἐν τῇ ἀγορᾷ, ἐν ᾧ ἀλφίτα ἐπιπράσσοντο· καὶ ὄρτυγοτρόφοι τοὺς ὄρτυγας συνέβαλλον ἐν τούτῳ.

Expensus Aristotelis ex 3. Rhetoricorum locus.

CAPIV SEXTVM.

ARISTOTELES cum in multis eius operis locis mendosus circumfertur, tum in hoc præcipuè loco, vbi libro tertio Rhetor-

suauiter pacisci dixit. Quare cum in grauem suspicionem apud Imperatorem incidisset, Paulinus quidem statim in Cappadociam relegatus, capitali supplicio est affectus. Hic vbiq; Langus pro malo ouem posuit, quum Græcè sit *καίφανός μίλου*. Ioannes Monachus in Theodosio Iuniore, hanc rem leuiter ita perstringit: *μελέσεται δ' αἰτίας συμβάσεως πρὸς ἀπ' ἑσέρξε τὴν ἀγροῦσαν ὁ βασιλεύς. ἡ δὲ αἰτία, μῆλον ἑσέρξες εἰς ὄκρον ἐκομίσθη τῷ βασιλεῖ. ὁ δὲ τὸτο δαυμάσας ἦ βασιλεὺς ἀπέσειλε. καί κεινὴ τῷ πευλίφω τὸ μῆλον δέδωκεν. ἦν δὲ λόγιος ὁ ἀνὴρ κἀντεῦθεν ἦ βασιλίσση φειέωτο. ὁ δὲ ἰδὲ τῶ μῆλου μέγιστος ἀγαθός ἐσσεύηται τὸτο τῷ βασιλεῖ ἀγνοῶν τὰ περὶ αὐτῶ ἐκείνος δ' ἐπέγραυ τὸ προσουχθὲν, καὶ κρύβας αὐτὸ ἤ ζωαῖνα ἠρώτησε, ποῖ δ' ἦτα τὸ φαλὲν αὐτῆ μῆλον ἐστίν; ἡ δὲ φαγεῖν εἶπε τὸτο, δείσασαι μὴ ὁ ἀνὴρ ἑσποπτεύσῃ, ὁ ἐκείνος ἦδη ἑσποπτεύσεν. ὁ δ' ἐπ' ἑσσοπύρετο δῆπτα κλιώτερον, ἡ δ' αὐδὲς φαγεῖν τὸ μῆλον ἐξώμνητο. ἐξάγει τὸτο μεσὸς ὁ αὐτοκράτωρ ὄργης. καὶ ἡ μὲν ἐπ' αὐτοφώρω ἐάλω μὴ ἀληθεύουσα.* Hæc verba Vvolsius rectè sic vertit. Post autem in odium eius tali de causa incurrit. Pomum inusitata magnitudine, sibi oblatum, Imperator admiratus vxori misit. Id illa Paulino dedit, viro erudito, ea q. de causa sibi familiari. Is rei ignarus illud Imperatori offert, vt rem miram. quo ille agnito & occultato, vxorem rogat, vbi sit malum ipsi missum? Illa verita ne id suspicaretur maritus quod iam suspicabatur, se comedissee respon dit. Verum illo acrius vrgente, iureiurando affirmat, se iam comedissee. Tum ira percitus Imperator pomum profert. Sic illa in manifesto mendacio deprehensa. Hactenus Vvolsius. Nec aliter hunc locum in Cæsaribus ex Zonara vertens Ioannes Cuspi nianus.

Emendatur Euripidis apud Dionysium Halicarnassensem locus.

CAPVT XXIV.

OSTENDIMVS alio loco perperam apud Ælianū pro Auge Agauen legi. Nunc ostendendum est apud Euripidem pro αὐτῆ, legendum esse αὐτῆ. Ita enim vulgo apud Dionysium *περὶ συνθέσεως ἀνομάτων* legitur.

*ὡ γαῖα παρὸς ἦν ἀέλωφ ὀρίζεται
καὶ ὅτε πέρσον διχήμερών ἀρκάδων
ἐμβατεύεις ἐνδὲν εὐχομαι γένος,
αὐτῆ γδ ἀλέου παῖς με τῶ πνευδίφ*

τίμω

*ἐπιτοὶ κατὰ τὸν ἑσέρξες ἡσέρξες ἡσέρξες ἡσέρξες ἡσέρξες
παρδάνιον ἐνδα μὴ ἐστὶν ἡσέρξες ἡσέρξες
ἔλυσεν εἰλεῖσθα.* Hic haud dubiè legendum: *αὐτῆ γδ ἀλέω.* Nam oratio est Telephi de patre, matre, & auo loquentis. Idem mendum est apud Athenæum in 3. vbi in mentione *κολλέων* ci tatis *φωολιῶ* ἐν αὐτῆ, pro *ἐν αὐτῆ*. Ouidius in epistola Deianitæ: *Non ego Parthenis tenacitatem vallibus Augen.*

Ubique apud Antonium, Maximum, gnomologos & Thomam Magistrum Chariclea ponitur, Heliodorum esse intelligendum: atq. quoriscunque Leucippe, Achillem Statium, & castigantur aliquot eorum loca.

CAPVT XXV.

ADMONUIT me amicus meus vir doctissimus Iacobus Nicoleos se putare quoties apud gnomologos Antonium & Maximū testimonia petūtur à Chariclea & Leucippe, Heliodorum & Achillem Statium esse intelligendos, quod ego experiundo verū esse comperi. Omnia enim ferè loca quæ ipsi ex Chariclea & Leucippe adducunt, reperi apud Heliodorum & Achillem Statium. Notandum hic obiter est, vbi *περὶ φθόνου* adducitur à Gnomologo testimonium *λαβλήσπυ*, legendum esse *λαβλήσπυς*. Extat enim apud Achillem Statium libro 6. Emendauimus etiam apud Gnomologum locum de præuatum in titulo De nobilitate, ex Heliodori collatione. Ita autem vulgo illic legitur, *χαεκλείας, εὐχρητίας γδ ἑμ φασις, καὶ κάλλοις ὄψις, καὶ λησρικὸν ἦσθ* οὐδ' ἐν ἑσποτάπειν καὶ κρατέιν *πρὸς ἀν χμηροτάτων δύνα*). Hic Gesnerus: Apparet, inquit, sententia corrupta. Heliodorus autem libro primo rectè ita habet: *οὕτως εὐχρητίας ἑμ φασις καὶ κάλλοις ὄψις, καὶ λησρικὸν ἦσθ οὐδ' ἐν ἑσποτάπειν, καὶ κρατέιν πρὸς ἀν χμηροτάτων δύνα*). id est, Etiam latroniam indolem nouit subijcere sibi. Sunt illic præterea maculæ infinitæ, quarum multæ possint ex auctoribus ipsis restitui. Nam capite *περὶ ἀκρα σίας καὶ γασεμύδης*, pro βασιλείου. ἐν γδ τ' παχείας ἑσφῆς οἶνον αἰδαλώδης ἀναδυμιάσεις ἀναπεμψιμεναι νεφέλης δίκου & cetera. non est fortè legendum καὶ οἶνου πικρῆς, vel οἶνου tantum, vt putauit Gesnerus: sed, ἐν γδ τ' παχείας ἑσφῆς οἶν αἰδαλώδης & cetera. Locus Basilij est sermone De ieiunio priore, & apud Simeonē Logothetam in oratione De

M tione De

tione De ieiunio. Vt ad Heliodorum redeamus, vocat nunc eum plerique omnes Tricensem, ex his Socratis Scholastici verbis, historiae ecclesiasticae libri 5. capite 22. *ἀλλὰ τὸ ἐν δευτερίᾳ ἔδους ἀρχηγὸς κληρικὸς ἠλιόδωρος τρικῆς ἢ ἐκεῖ θύομενος, οὗ φέρεται πονήματα ἐρωτικὰ βιβλία, ἀνὲν ἄν ἐτάξε καὶ αἰδιοτικαὶ περὶ σιγῶν, νῦν δὲ χαρικλῆαν ἀποκάλουσι.* Hanc lectionem elici posse ex verbis Langi interpretis doctissimi Nicephori Callisti existimaui, cuius verba propterea hic ascripsi. Sed enim consuetudo ea quæ in Thessalia seruetur, ab Heliodoro illo Tricensi episcopo ortum habuit, cuius Amatorij libelli hoc quoque tempore circumferuntur, quos etiam iuuenis composuit, & Æthiopica inscripsit. nunc autem eam Charicliam, quasi gratiarum gloriam dicas, nominant. Quo nomine etiam episcopatus ei ademptus est. Nam cum lectione eorum opusculorum iuuenes multi in periculum conijcerentur, Synodus provincialis statuit, vel libellos ipsos qui amores accenderent, igni consumptos abolendos, vel qui eos composuisset, auctori functionem episcopalem abrogandam esse. Ille verò episcopatum deponere, quam scripta sua suppressere maluit. Hæc Nicephorus libri 12. capite 34. Hoc tamen inter Socratem & Nicephorum interest, quod ille clericum vocat, quem Nicephorus episcopum. Sed quod Langus credidit, opus illud Charicleam esse dictum à gratiarum gloria, mihi non probatur, qui malim ita appellatum à præcipua persona. Continet enim opus illud amores Theagenis & Charicleæ, quemadmodum illud Achillis Statij amores Leucippes & Clitophonis. Illud hoc loco admonuisse non est absurdum, Socratis superiora verba esse mutila. Nam ad hunc legitur modum in Græco exemplari Luteriæ excuso. *ἀλλὰ τὸ ἐν δευτερίᾳ ἔδους ἀρχηγὸς κληρικὸς δεῦρος τρικῆς, τῆς ἐκεῖ θύομενος, οὗ λέγεται πονήματα βιβλία νεὸς ἀνὲν ἄν ἐτάξε καὶ αἰδιοτικαὶ περὶ σιγῶν.* Hæc tantum habet Socrates: quæ sequuntur, Nicephori sunt. Quod ad genus ipsius atinet, scribit ipsemet Heliodorus in fine decimi se esse Phœnicem Emefenum, scilicet genus ad Solem referentem, Theodosij filium. *ταῖον δὲ, inquit, πατέρας ἔχε τὸ συντάγμα τῆς περὶ δευτέρου καὶ χαρικλῆαν αἰδιοτικῶν ὁ συντάξεν αὐτῆς φοινικὴ μεσολύως τῆς αἰῶν ἠλίου γένεσθαι, Θεοδοσίου πατρὸς ἠλιόδωρου.* vt natione quidem fuerit Emefenus, sed dignitate Tricensis. Nisi credamus

mus auctorem, vt narrationem hanc fabulolam est commentus, etiam de genere suo hoc eumentum esse. Vide Suidam in voce *θεοδόσιον*.

LIBER QVARTVS.

Castigatur Thomæ Magistri, in vocibus Atticis, locus.

CAPVT I.

Quod autem in superioris capituli argumēto, dixi Thomam Magistrum Charicleam citare pro Heliodoro, ne quis me mendosus dicat, castigandus est hoc loco à me eius codex in vna syllaba mendosus. Nam *χαεκλεία* legendum est, pro *χαεκλείδη*. *εὐαγγελίζομαι*, inquit, οἱ πάντες δοτικῆ, ἀπαξ δὲ ποῦ καὶ αἰπατικῆ συντασθῆναι εὐρηται, ὡς παρὰ χαεκλείδην, καὶ ἐν τῇ δόξῃ χαεφῆ. σὺ δὲ δοτικῆ αἰεὶ συντασθῆναι id est, Euangelizomai omnes cum datiuo ponunt, semel autem fortè & cum accusativo constructum inuētum est, vt apud Chariclidem, & in sacra scriptura. Tu autē semper cum datiuo constructue. Hic pro *παρὰ χαεκλείδην* legendum esse, *παρὰ χαεκλεία*, docet Varinus in lexico suo, superiora Thomæ verba sine mendo afferens. id est, apud Charicliam. Locus autem Heliodori, de quo hic loquitur Thomas, extat libro 2. his verbis: *παρὰ τὴν εὐαγγελίζομαι σὲ τὴν θυμωμένης τελευτήν.* id est, Primum quidem annuncio tibi Demænetes mortem. Apud Maximum Gnomologum titulo siue capite *παρὰ συνθεσίαι καὶ ἔδους*, perperam legitur, *χαεκλῶς*. *πάσθαι*, pro *χαεκλείας*. *πάσθαι* pro *πάσθαι*. Locus enim extat apud Heliodorū lib. 4. Thomas Magister idem in voce *ἀναβαίνω*. *ἀναβαίνω*, inquit, *ἵνα πον οὐκ ἀπὸ βαίνω. ἀλλὰ ἐν ὁρῆσιν ἐν ἀνάστασιν. τούτῃς ἐπαδασμένῃ ἀναβαίνω καὶ τὸν ἵππον, ἀπὸ βαίνω ἢ νεός.*

Apud Clementem Alexandrinum ἐκερνοφόρησα esse legendum.

CAPVT II.

ATHENÆVS libro 11. de poculis agens, Polemonis hæc verba adducit: *καὶ νέμει ὅσοι αἶνω τὸ κέρναι παλαιωχότες τῶτο δὲ ἔστιν ἀργεῖον κεραμεῖν ἔχον ἐν αἰσῶ πολλοὺς κοτυλίσκους κεκολλημένους. ἐν δὲ ἐπ' αὐτοῖς ὄρμηνοι, μήκανες, ἀλκίνοι πυροὶ, κριδαί, παῖσοι, λαδύροι, ἀχαιοί, φακοί, κύαμοι,*

κύμασι, ζεαί, βρόμος, παλάσιος, μέλι ἑκακίαν, ἰάνθη, γέλασι, ὄιον, ἔριον, ἔπιον, τὸν. ὁ δὲ τοῦτο βασίσιος ὃς λιμοφαρμακὸς τοῦτον γένεται. Pollux libro 4. τὰς ἢ πινακίδας ἀρχαῖοντο οὐκ οἶδα εἶν' ἐπὶ πινακῶν εἶτε πλάκας φέροντες, τὸ γὰρ κερνοφόρον ἄρχημα οἶδα ὅτι κέρνα ἢ ἑρχαρίδης ἔφερον. κέρνα δὲ ταῦτα ἐκαλεῖτο. Hefychius: κέρνα καὶ ἴψ' ἢ μῆξι ἢ δῶν ἐπιδιδόμενα. Item: κέρνα ἀργεῖα κεραμῖα, κερνοφόρος ὁ τὰς θυσιῶν ἄγων. Clemens Alexandrinus: τὰ σύμβολα αὐτῶν ταῦτα ἐκαστοῦ ἐκαστοῦ ἐκαστοῦ ἐκαστοῦ οἶδα, ὅτι κινῆσαι γέλωτα καὶ μὴ γέλωσιν οὐκ ἔστιν (ita enim legere malim ex Eusebio, quàm γελῶσι ἔπεισαν, vt habent impressi Clemētis codices) διὰ τοὺς ἑλέγχους. ἐκ τῶν αὐτῶν ἐπιόν, ἐκ κερνοφόρου. Sic habent tam Clemens quàm Eusebius. Sed ἐκ κερνοφόρου liquet esse legendum ex ijs quæ modò ex Athenæo, Polluce & Hefychio attulimus. Nicander in Alexipharmacis: ἢ ἀπὲ κερνοφόρος ζάκωρος βωμίστριος ῥέτης εἶναδι λειοφόρον ἐν χερσῶσιν κελύβοις.

Loca quædam apud eundem Clementem restituta ex Eusebio.

CAPVT III.

NON malè ocium ille frum aut studium poneret, qui ea loca quæ Eusebius à Clemente est mutuatus, cum ipso Clemēte coniungeret & contrā. Hoc si fecisset is, qui cum nobis Latinum dedidit, non legisset apud Clementem κίστη. τὸ σύνθημα ἑλεουσίων μυστηρίων ἐπίσεισαι. nec vertisset: In cista accepit. Eleusiniorum mysteriorum signa sunt Ieiunauit, cum legendum sit ex Eusebio: καὶ τὸ σύνθημα ἑλεουσίων μυστηρίων. Item vbi vulgo nunc legitur in eodem Clementis Protreptico: ἀδύτα τοίνυν ἀδέα μὴ πολυπερῆμονεῖ. τὰ ἢ βαράδρων σόματα. legendū ex eodem Eusebio: ἀδύτα τοίνυν ἀδέα μὴ πολυπερῆμονεῖτε μηδὲ βαράδρων σόματα. Ad hæc vbi apud Clementē legitur: λυκίους γὰρ κρητῆρ' δὲ ἔδν' εἰσὶν ἕως ἀντικλείδης ἐν νόσοις, ἀποφαίνε. ἀνθρώποις ἀποφάσιν τῶν διτ'. legendum: λυκίους γὰρ (κρητῆρ' δὲ ἔδν' εἰσὶν οὗτοι) ἀντικλείδης ἐν νόσοις ἀποφαίνε. ex Eusebio. Neque enim Lycij sunt Crætae populi, sed Lycij. Item, pro πῦρ δὲ οὐκ ἀράκων ὁ πῦρ δὲ θυσιάζεται, legendum ex eodem θυσιάζεται. Deinde vbi Clemens habet: ἀνθρώπων ἀπίστων σφισίθια. σιωπέμποροι τῆς θεῆς γυντείας αἰγὲς αἰ ἐπὶ μαυτικῆν ἡσυχίαν, καὶ κέσθες ἀνθρώποις χεῖρ' ἐπὶ ἀνθρώπων διδασκόμενοι. τί δει σοὶ καταλέγοιμι; legēdum ex eodem nonnullis additis: ἀνθρώπων ἀπίστων σφισίθια, καὶ πλάτης ἀκράτου κυλάτθια.

κατάθια, κυπέμποροι τῆς θεῆς γυντείας αἰγὲς αἰ ἐπὶ μαυτικῆν ἡσυχίαν, καὶ κέσθες ἀνθρώποις χεῖρ' ἐπὶ ἀνθρώπων διδασκόμενοι. τί δει σοὶ καταλέγοιμι; vel, τί δει σοὶ. Denique Stromaton libro primo, pro θυτικῆν ἡσυχίαν, ὅσοι ἰταλίας γένετες. ex eodem Eusebio legendum: θυσιάζεται ἰταλίας γένετες.

De Venere Argynnide ex Stephano & Clemente. De Phanocle poeta & Argynnio puero, & Clemens castigatur & Athenam.

CAPVT IV.

EUSEBII in Chroniis hæc sunt verba: Ob raptum Ganymedis Troi patri Ganymedis & Tantalo bellum exortum est, vt scribit Phanocles poeta. Frustra igitur Iouis fabula & raptrix aquila fingitur. Hic Phanocles poema scripsit de Amoribus siue Pulchris, auctor Clemens Alexandrinus libro Stromaton 6.

ἢ Φανοκλῆς, inquit, ἐν ἔρωσιν ἢ χαλοῖς χεῖρας, ἀλλὰ τὰ μοιράων ἡμῖν αὐτον οὐδέ ποτ' εἰσὶν ἐμφυγῆν ὅπως οὐ γῆν ἐπιπερβόμεθα. id est, Non vitare licet, neque soluere fila fororum, Quotquot terre alimus corpora numeribus.

Pro quo malè impressi habent:

ἀλλὰ τοὶ μοιράων ἡμῖν αὐτον ἐδέξωσθε ἐν ἐμφυγῆν ὅπως οὐ γῆν ἐπιπερβόμεθα.

Quæ verba Gentianus interpres ita reddidit:

Sed nec cauere villo modo parca queunt, Alma à quibuscunque terra depascitur.

Citatur idem Phanocles in eodem poemate ab eodem Clemente in Protreptico, sed mendose. Φανοκλῆς δὲ ἐν ἔρωσιν τῆς χαλοῖς ἀγαμέμονα ἢ ἑλλήνων βασίλεια ἀργύννου, νεῶν ἀφροδίτης ἰσαδὲ ἐπὶ ἀργύννην τῶν ἐρωμένων. Vbi legendum: Φανοκλῆς δὲ ἐν ἔρωσιν ἢ χαλοῖς ἀγαμέμονα ἢ ἑλλήνων βασίλεια ἀργύννην νεῶν ἀφροδίτης ἰσαδὲ ἐπὶ ἀργύννην τῶν ἐρωμένων. id est, Phanocles autem in Cupidinibus vel Formosis narrat Agamemnona Græcorum regem templum statuisse Veneris Argynnidos in gratiam amafij Argynni. Stephanus de Urbibus: ἀργύννην πεισθίμης, inquit, ἡδὲ τ' λευκῶν τῆς ἀθάμαντι, τῆς σπυφικῆς αἰθῆς ἐρώμενος ἀγαμέμωνος βοιωτῆς ὁς ἀνίαν εἰς τ' κίφισον, τελεῖται ἀφ' ἑ

vel ut alibi, εἰσαδὲ

ἀργυρίδα τὴν ἀφροδίτῃ ἐτίμησαν. λέγει δὲ καὶ ἀργυρίως. ἀεσοφάνης δὲ ἀργυρίως
 νίς τῆ ἀφροδίτῃ. Haftenus Stephanus. Propertius libro 3.

Sunt Agamemnonius testantia littona curas.

Qua notat Argynni praena natant is aquas.

Ita enim legit Ianus Parrhasius in Claudianum scribens, vbi de Cephiso loquitur, In eius, inquit, vadis Argynnus Leuconis ex Pifidice filia nepos, dum nataret extinctus est, vt tradit Stephanus. Athenæus ait in Argynni amorem lapsum, cum fortè natantem spectasset in vadis Cephisi, eius q. mortem acerbissimè deplorasse, vt q. pueri memoriam propagaret, iuxta ripas amnis erexisse Veneris Argynnidis ædem. Sed Alcymnius Chius in Dithyrambis ait Argynnum formæ gratia Hymenæo charum fuisse. Haftenus Ianus. Ἀγαμέμνονα γέ, inquit Athenæus, Ἀργύνην ἔραδιθῆναι λόγος ἰδόντα ἐπὶ τῷ κρηπίσῳ νηρόμενον, ἐν ᾧ καὶ τελευτήσασα αὐτὸν (συνεχῶς γὰρ ἐν τῷ ποταμῷ τούτῳ ἀπελούετο) θάλασσαν εἰσευτὸ καὶ ἱερὸν ἀφροδίτης Ἀργυρίδος. Ἀκλύμηθε δὲ ὁ χιθὼ ἐν διδυράμβοις Ἀργύνην φησὶν ἐρώμενον ὑμέναιον ἡρώδην. Vbi fortè legendum, pro εἰς αὐτὸ εἶπατο, vel εἶπατο. Antimachus de Adrastia: βωμὸν δὲ οἱ εἶπατο, ἦγον ἰδρυσσ, inquit Eustathius. Archimelus apud Athenæum: τὶς τὸ δὲ σέλιμα πέλωρον ἐπὶ χθονὸς εἶπατο. id est, ἰδρυσσεν, ἐκλίσεν, ἐκείδισεν, inquit Eustathius in Iliados ὁ. Vide Suidam & libri 1. cap. 15. vntur sæpe Lucianus in Dea Syria, & Theognis. Plutarchus in Gryllo: ὁ δὲ Ἀγαμέμνων ἢ βοιωτῆαν ἐπήλασε κυνηγῶν τὸν Ἀργύνην (ita enim lego, non Ἀργαῖον) ἰσοφεύγοντα, καὶ καταλάδόμενον τῆς θαλάσσης, καὶ τῆς πηλμάτων, εἶτα καλὸν καλῶς αὐτὸν βαπτίζων εἰς τὴν κωπαίδα λίμνην αὐτόθι ὡς καταβέβασον ἢ ἔρωτα καὶ τῆ διδυρίας ἀπαλαξόμενον. Superiora Clementis verba deprauata, ita est interpretatus Gentianus. Phanoctes in Pulchris colebat heroibus. Extat Phanoctis huius longū carmen de Orphei amore & morte apud Stobæum, de Vituperatione Veneris,

ἢ ὡς οἰάροιο παῖς θρηϊκίου ὄρφους
 ἐν θυμοῦ κάλαιν σέρξε βορηιάδην.
 πολλὰκι δὲ σκιεροῖσιν ἐν ἀλυσσιν ἕζετ' αἰείδων
 ὄν ποδῶν, οὐδ' ἦν οἱ θυμὸς ἐν ἡσυχίῃ.
 ἀλλ' αἰεὶ μιν ἄχρηννοι ἰσὸ ψυχῆ μελεδῶνας
 ἔσπυρον θαλερὸν δερκόμενον κάλαιν.

τὸν μὲν

τὸν μὲν βισυρίδες κακαμήχανοι ἀμφιχυθεῖσαι
 ἐκλανον, εὐήκη φάσσανα θηξάμεναι.
 οὐνεκα παῶτον ἐδείξεν ἐν θρηϊκασσιν ἔρωτας
 ἀρρένας, οὐδ' ἐπὶ πόδοις ἦνεσε θηλυτέρων
 τῶ δ' ἀπὸ μὲν κεφαλῆν χελκῆρ' ἴαμον, ἀλίλα δ' αὐτὴν
 εἰς ἀλα θρηϊκίῳ ῥέξαν ἰμοῦ χελύς.
 ἦλα κερύνασαι ἴν' ἐμφοροῖντο θαλάσση
 ἀμφὸ ἄμα Ἰλαεκοῖς περρόμεναι ῥοδίους.
 τὰσ δ' ἱερῆ λέσθη πολλὴ ἐπέκελσε θαλάσση,
 ἠχί δ' ὡς λιγυρῆς παῶτον ἐπέχε λύρης.
 νήσους τ' αἰγιάλους δ' ἀλκυμρέας ἐνθα λιγύται
 ἀνέρες ὄρφειῳ ἐκπέσειαν κεφαλῆν.
 ἐν δὲ χάλω τύμβω λιγυρῆν θέσαν ἢ καὶ ἀναύδοις
 πέτραις καὶ φόρκου συρῶν ἐπειθεν ἴδωρ.
 ἀμ κείνου μολωαί τε καὶ ἡμερτῆ κιδαιεῖσες
 νῆσον ἔχει. πεισέων δ' ἐσὶν ἀοιδόταται.
 θρηϊκες δ' ὡς ἐδάσσαν ἀρήϊοι ἔργα γυναικῶν
 ἀχρῆ, καὶ πάντων δεινὸν ἐσήλαδεν ἀχθ,
 αἰς ἀλόχοις ἐστὼν ἴν' ἐν χερί σήματ' ἔχουσαι
 κινάνας συχεροῦ μὴ κελάθειντο φόνου.
 ποιῆς δ' ὄρφῆι κλαμένῳ σίζουσι Ἰωαῖνης
 εἰσέπ νῦν κείνης εἴνεκεν ἀμπλακῆς.

Aufonij carmen repositum. CAPVT V.

EXTAT apud Aufonium carmen, haftenus à nemine quod sciam lectum emendatè. Omnes enim ad hunc legunt modum:

Idmona quod vatem, medicam quod Iasida dicunt,

Discendas artes nomina praeueniunt.

Cum legendum sit: *medicum quod Iasona dicunt.*

Agit enim illic Aufonius de duobus Argonautis, quibus nomina professioni respondentia contigerint. Nam vt Idmon vates nomen sibi inuenit à scientia vel peritia, ἰδμων enim idem valet quod ὀπιστήμων vel ἰσως, ita Iason medicus dictus est, vt scribit Tarraeus Apollonij interpes. ἰάσων παρὰ τῷ χείρωνθ' ἔμαθε τὴν ἰατρικὴν ὄθεν καὶ ἰάσων ἐκλήθη παρὰ τῷ ἴασσιν, id est, Iason à Chirone didicit rem medicam, vnde Iason vocatus est. nam Iasis medicina est. Idem:

καὶ ὁ

ἢ ὁ μὲν ἰάσων ἐκδίδωσι χεῖρας ἡσέφειδ' ἢ τὴν ἰατρικὴν ἐπιμαρτυροῦν. Theon Arati Scholiastes : ὁ χεῖρας παιδευσῶς ἀσκληπιδῶν τὸν ἦδον ἀπαύλων ἢ ἀρχαίως τὸν πηλῶς τὴν ἰατρικὴν ἢ ἰάσων ἀπὸς τιμὴν ἡσέφειδου.

Loca quadam in Iliade Eobani expensa.

CAPVT VI.

LAUDATUR à multis Eobani Hestii Ilias ex Homero versa. Ego tamen quod in Catalogo illius cum Homero collato vidi, dissimulare hic nolui. Vbi enim Homerus habet,

χοῖρον ἴε σιάλων ἴε πολὺν κημον ἴε θεωνῶν
θεσσιαν ἡσείαν ἴε, vertit ille :

*Et Schoenum Scolum q. & origaneis Eteonum
Insignem folijs Thesbian, Graean & urbem.*

Neutiquam enim probari mihi potest, quod πολὺν κημον interpretatur, *Insignem folijs origaneis*, cum hoc epithetum valere dicat Scholiastes Græcus πολλὰς πρεβάσεις ἔχουσα. Quare ego ita potius verterem, *Schoenum q. & Scolon densam q. iugis Eteonon*

Atque Cupidineam Thesbian Graean & urbem.

(tametsi Eustathius illi faueat & Dioscorides Polycnemo folia origani det.) Ex hoc Statij carmine : *Qui Scolon densam q. iugis Eteonon iniquis.* Nec hoc placet quod ille hoc Homericum,

ὠκελέω, μεδεῶνα ἴε εὐκλίμενον ἠολιέθρον
κώπης εὐτρησον τε πολυτρήρωνά ἴε δισβλω. ita vertit :
Qui Copas & qui muris Medeona superbam

Entresin & Thibes lascivis plena columbis Mænia.

Nos hoc ita castigauimus : *Ocaleen & qui muris Medeona superbam Copas Entresin q. & Thibes plena columbis Mænia*, addendo *Ocaleen* : quam cum habeat Homerus, nescio quam obrem omiserit Hestius. Meminit etiam Statius hoc versu :

Ocalee Medeon q. & confertissima siluis Nissa.

Mox, *Gliffanta q. pascunt* legendum, non *Gliffenta*, ex Homero & Statio, & Aftyoche per γ. Deinde quod Homerus, ἕβες ἰφίτου μεγαθύμου ναυβολίδαο. id est, *Iphite Naubolide genuisti hos pectore præstans.* vertit Hestius, *Iphitus Eubolides genuit quos pectore præstans.* Sed & Apollonius & Orpheus Iphitum Nauboli filium scribunt.

scribunt, Apollonius quidem ἐκ δ' ἄρα φακίων κίεν ἰφίτου ἠρητιδίου ναυβόλου ἐμεγαλῶς : Orpheus verò, ἰφίτου αὖ μετὰ τοῖσιν ἐφέσαστο ναυβόλου ἕβος. Mitto quòd ἐρετεινὰς vertit amœniferas. Mox legendum *Tarphen q. Thronium q. non Chronium q. & Carystum* per γ. Ad hæc quod Homerus : τῶ δ' ἀμ' ἄβαντες ἐποντο δοῶ δ' ὄππεν κομῶων τες. id est, *Qui celeres comitati sunt hunc ponè comati: vertit ille, Ipsi etiam claræ bello virtutis Abantes.* Sed melius Statius: *Atq. in terga comantes, Non ego Abantiadas.* Synesius in Encomio Caluitij : ταχὺ δ' ἀπὸ δ' ἐχθρῶν ἐκ δ' ἠπιδευτὸς εὐβοεὺς οὗς ὄππεν κομῶων τες ἐσπράτθασεν ἐπὶ Ἑλίαν ἢ ποίσις. Castigandum ibidem Epidaurum, mox legendum : *Qui Sicyona colunt urbem cui maximus olim.* non, qui maximus olim. Deinde Helicen legendum, & Ægion, non Hegion. Mox pro positam q. palustri litore Helon, castiga : positum q. marino litore Helos. nam est generis neutri.

Oetylon esse legendum & Amphigenian, non Tylon & Genian. apud Strabonem τύλον non φύλαν.

CAPVT VII.

SE QVITVR apud Homerum : οἶτε λάαν εἶχον ἰδ' οἴτυλον ἀμφινέμοντο, quod Hestius ita : qui deinde Laan Tylon q. frequentat, ex Vallæ interpretatione. Ego castigo, Litore Helos quiq; Oetylon inde Laan q. colebant : sic enim legendum ex Scholiaste, Pausania in Laconicis, & Strabone. Pausanias ἀπὸ τούτου γὰρ δα τὸ λιμένου πεντήκοντα ἐστὶν ἐκείτων ἐπὶ οἴτυλον. ὁ δ' ἦρος ἀπ' οὗ τῆς πόλεως τὸ ὄνομα ἐγένετο ἀργεῖου τὸ ἀνέκαθεν, ἀμφιάναιλιου αὐτὸς ἕβος ἀν τῆς ἀντιμάχου. θεός τ' ἀξίος ἐν οἴτυλω σαρὰπιδός ἐστιν ἰερὸν, ἢ ἐν τῆς ἀργεῖου χερραίου ξόανον ἀπόλλωνος. Strabo in octauo : μετὰ ξυ τ' ἀπὸ θυρίδων ἀρχαίμωνος ὁ φύλιου ἐστὶ. καλεῖται τ' ἀπὸ πνον οἴτυλου. id est, A Thyridibus incipientibus media est Pylus, vocatur autem à quibusdā Oetylus. Sic enim esse legendum docet Brodæus libri 2. capite 11. non Bætylus, ut habent libri. Si tamē apud Strabonem legatur ἐτύλος pro ὁ φύλιου, & Tylus & Oetylos dicitur. quòd placere quibusdam scribit Varinus in voce οἴτυλου ex Eustathio. Mox quòd Homerus καὶ κηπευσθέντα ἢ ἀμφιγένειαν ἐναων. vertit ille absurdissime :

N diffimè :

diffimè: Et Cipariffienta & florens semper Emçon. cùm vertere debuerit: Et Cipariffienta & qui Amphigeniam habebant. ex Statio, cuius hoc est carmen: Cui parère dati quos fertilis Amphigenia. Valla malè Geniam. Idem Gran vertit, pro Tegean, & Amphelicen, pro, circa Helicen. deinde, pro, Et Pteleon sed Helosq; & Dorion, legendum, Atque Helos & Pteleon sic Dorion. Aliquanto intervallo sequitur apud Homerum: αἰπούπορ παρά Τύμβον. vbi Valla: Iuxta sublime bustum. Hefius: Sublimè iuxta tumulum. vertiffem ego potiùs, Æpytium iuxta tumulum, ex illo Statij: Æpytios idem ardor agros. & Scholiaste: τὸ αἰπούτυ Τάφορ, inquit, ὃ δὲ αἰπούτυ ἀρχαῖοι τῶ ἦρωσ ἀρκέσ τὸ γένε. Secundo ab hoc versu, pro, Qui Pheneonta colunt, castiga secutus Plinium & Statium, Qui Pheneumq; colunt & ditem mollibus agnis. Statij hoc est carmen: Et Pheneos nigro styga mittere credita Diti. Homeri carmè est: οἱ φένεόντ' ἐνέμοντο. Decepit Hefium Valla, qui incolunt Pheneonta, vertens.

Castigatur Q. Curtij locus de Stygos aqua.

CAVTV VIII.

ADMONVIT me superior Statij locus, vt obiter fœdam ex Q. Curtio labem tollerem. Ea est in fine 10. libri Nam vbi vulgo legitur; Sucistygen appellant fontem; ego distinctis dictionibus legendum cenfeo ad hunc modû. Vim autem veneni quod in Macedonia gignitur, talem esse constat, vt ferrum quoq; exurat, vngulam iumentis duntaxat patientem esse constat succi. Stygem appellant fontem ex quo pestiferum virus emanat. Plutarchus in Alexandro: οἱ ἃ Αεῖστοῦ ἐπι φάσκοντες Ἀντιπάτρω σύμβουλον γερήνιδεσ τ' φράζεσσι καὶ ὅλωσ δι' ἐκείνου νομιδοῦναι τὸ φάρμακον ἐγνῶδεμίν τινα διηγεῖσθ' λέγουσιν ὡσ ἀντιγόνου τῆ βασιλέωσ ἀκούσωντα. τὸ ἃ φάρμακον ὕδωρ ἔῃ ψυχρὸν καὶ παρτωδες ἀπὸ πῶδεσ πνὸσ ἐν νῶνακρίδι οὐσίσ, ὃ ὄσπερ δρόσον λεπτήν ἀναλαμβάνοντεσ εἰσ ὄνου γυλὴν ἄποτίθεν. ἃ ἃ ἄλλων οὐδ' ἐν ἀγγρείων εἶγεν ἀλλὰ διακόπτεν ὑπὸ ψυχρότητ' καὶ φριμύτητ'. Hic interpres malè equi vngulam reddidit, non asini, quod etiam notavit Cælius. Plutarchi verba transcripsit Ioannes Monachus, ex quo lego: ἐν νῶνακρίδι οὐσίσ, ὃ δρόσον ὄσπερ λεπτήν non vt perperam legitur

legitur apud Plutarchum, ἐν νῶνακρίδι οὐσίσ, ἢν ὄσπερ δρόσον λεπτήν. Plutarchus ἃ τὸ πρῶτε ψυχρὸν ὡσ ἃ τὸ τάλιαρον ὃ δὲ συγρὸσ ὕδωρ καλῶσιν ἐμ πῶδεσ Ἰλιζωσσ συλλεθόμενον, οὐτω ψυχρὸν, ὡτε μὴδ ἐν ἀγγείων ἀλλο μόνω ἃ ὄπλην ὄνου εἶγεν, τὰ δὲ ἀλλὰ διακόπτεῖ καὶ φριμύσιν. Arrhianus, πολλὰ δὲ καὶ ἀλλὰ ὄσδε ἀναγεγραμμένα ὑπὸ τ' Αλεξάνδρω τελευτήσ. καὶ φάρμακον ὅτι ἐπέμωθη πωρὰ Ἀντιπάτρω Αλεξάνδρω καὶ ἃ φαρμάκον ὅτι ἀπέθανεν, καὶ τὸ φάρμακον ὅτι Αεῖστοῦ ἐπι Ἀντιπάτρω ἔξευρε δεδοικῶσ ἢδὲ Αλεξάνδρον καλλιθένοισ ἔνεκα, Κασάνδρω ἃ ὃ Ἀντιπάτρωσ ἐκόμισε, οἱ ἃ καὶ ὅτι ἐν ἡμίονοσ ὄπλη ἐκόμισε. Pausanias in Arcadicis: καὶ δὲ καὶ τὸ ὕδωρ οὐ δύνατ' ἃ συγρὸσ ὄπλη ἵππου βιάσασθ' μόνω, ἀλλὰ ἐμβληθέν κατ' ἐχεται τὸ δια αὐτήσ καὶ οὐ διεργάζετ' τὴν ὄπλην. εἰ δὲ καὶ Αλεξάνδρωσ τοῦ φιλιππου σπώβεη τὴν τελευτήν δια τῶ φαρμάκου γενέσθ' τούτω σφῶσ μὲν οὐκ οἶδα, λεγόμενον δὲ οἶδα. Ælianus libro 10. capite 40. historix animalium. ἐν τῇ σκυθία γῆ γίνοντ' ὄνοι κερασφόροι καὶ εἶγει τὰ κέρατα ἐκείνα τὸ ὕδωρ τὸ ἀρχαῖοι καὶ συγρὸσ τὸ καλούμενον. τὰ δὲ ἀλλὰ ἀγγεία διακόπτετ' πάντα καὶ ἢ σιδήρου πεποιμένα. τούτων δὲ τῶ κέρατων ὑπὸ σπαρτίω νομιδοῦναι φασὶν Αλεξάνδρω πρὸ Μακεδόνι, καὶ ἐκείνου πυνθάνομαι θαυμάσωντα εἰσ δελφούσ ἀνάδημα ἀναθῆναι πρὸ πνθίω τὸ κέρασ, καὶ ὑπογράψαι ταῦτα, Κοι τὸ δ' Αλεξάνδρω Μακεδῶν κέρασ ἀνέτεο παιάν κἀνδων σκυθικὸν ἄχημα τὸ θαυμάσιον. aliter, κῆμα ὃ συγρὸσ ἀχεάντου λουσιδ' οὐκ ἐδαμάσθη ρεύματι, βάσζεν δ' ὕδατ' ἢνορέλυ. Δημήτρη δ' ἀετ' τὸ ὕδωρ τῆτο ἀνῆκε πησιόν φεγεοῦ, τὴν δ' αἰτίαν εἶπον ἀλαχόπι. Vitruvius libro 8. Est in Arcadia Nonacris nominata terra regio, que habet in montibus è saxo stellantes frigidissimos humores. Hæc autem aqua stygos hydor nominatur, quam neque argenteum, neque æneum, neque ferreum vas potest sustinere, sed dissilit & dissipatur. Conseruare autem eam & continere nihil aliud potest, nisi mulina vngula, quæ etiam memoratur ab Antipatro in prouinciam, vbi erat Alexander, per Iollam filium perlatam esse, & ab eo aqua ea regem esse necatum. Trogus siue Iustinus, Igitur ad occupandum regem Cassandrum filium subornat dato veneno, qui cû fratribus Philippo & Iolla ministrare regi solebat, cuius veneni tanta vis fuit, vt non aere, non ferro, nõ testa contineretur, nec aliter ferri nisi in vngula equi potuerit. Herodotus in Erato; καὶ δὲ καὶ ἐσ νῶνακριν πῶδωσ πῶδωσ ἢν τ' ἀρκάστω

τοὺς περὶ τὴν ἀσπίδα ἐξοριστῶν τὸ στυγρὸς ὕδωρ. ἐν δὲ ταύτῃ τῇ πόλει λέγεται
 ἔτι καὶ ἀρκάδων τὸ στυγρὸς ὕδωρ, καὶ δὴ καὶ ἐστὶ τοῦν δέ π. ὕδωρ ὄλιγον φαινό-
 μενον ἐν πέτρῃς σάξιν ἐς ἀγγύ. τὸ δὲ ἀγγύ αἰμασιῆς τις περικτεῖται κύκλος.
 ἢ δὲ νόνακρῖς ἐν τῇ ἢ πηγῇ αὐτῇ τὸ γὰρ ἐξ ὕδατος πόλις ἐστὶ τῆς Ἀρκადίης ποδὸς
 φερεῖ. Strabo libro 9. καὶ φερεδὸν δὲ ἐστὶ καὶ τὸ καλούμενον στυγρὸς ὕδωρ λι-
 βάδιον ἐλεθρίου ὕδατος νομιζόμενον ἱερὸν. Quod autem Plutarchus
 de vngula asini, Arrhianus & Vitruvius ad mulinam vngulam,
 Pausanias & Iustinus ad equinam, Ælianus ad cornu asini Scy-
 thici retulerunt. Curtius enim iumenti vngulam dicens, rem in
 medio reliquit. Meminerunt etiam Ianus Parthasius in Clau-
 dianum, Cælius & Seneca. Circa Nonacrim in Arcadia styx ap-
 pellata ab accolis, aduenas fallit, quia non facie, non odore su-
 specta est, qualia sunt magnorum artificum venena, quæ depre-
 hendi nisi morte non possunt. Meminit Tertullianus etiam &
 Plinius in fine libri 30. Vngulas, inquit, tantum mularum reper-
 tas, neque aliam ullam materiam, quæ non perroderetur à vene-
 no stygis aquæ, cum id dandum Alexandro Magno, Antipater
 mitteret, memoria dignum est, magna Aristotelis infamia exco-
 gitatum.

De Tlepolemo & Licymnio castigatur Diodori Siculi locus.

CAPVT IX.

SUNT & alia in eodem Homeri catalogo animaduersione di-
 gna. Nam vbi Homerus inquit de Tlepolemo,

αὐτίκα πατρὸς ἐοῖο φίλον μήτρωα κατέκτα

ἢ δὴ Ἰφράσκοντα λικύμνιον ὄζον ἀρη. id est,

Charus auunculus est ab eo patris interfectus

Insignis virtute senex q. Licymnius auo.

Valla vertit, Patris germanum interemit, quod Heflus mutans,
 non castigans reddit ita:

Sanguine coniunctum patri interfecit amicum

Insignem virtute vigente Licymnion auo.

Loquitur enim hic Homerus de Licymnio Alcmenæ matris Her-
 culis fratre, hoc est, Herculis auunculo. μήτρωα enim μήτρως ἀδελ-
 φὸν Scholiastes interpretatur, & hanc affert historiam. ἰσθρῆ δὲ ἔπ
 Ἰληπόλεμῳ δασάμεν Δικύμνιον τὸν μήτρωα ἢ δὴ γνηαὸν ἑοάρχοντα
 ἑοῖο

ἑοῖο πῶς ἤβουλειὸν ἀμελῶς χειρουργούμενον ἀφῆκε ἔβαλινριαν ἐπὶ τὸν
 οὐκέτι, καὶ τοῦτο μὲν ἤμῶςτε, πῆξας δὲ τὸν λικύμνιον ἀκουσίως ἀπέκλεινε,
 διὸ ἀνηλιόδη γρη῏ς φουγὰς τὴν πατρίδος. Diodorus in sexto: Paulo ante
 Troianum bellum Tlepolemus Hercules filius ob Licymnij cæ-
 dem ab se infcio interfecti, ex Argo sponte fugiens, secundum
 oraculi responsum, quod super coloniadeducenda consuluerat,
 cum certis populis transcendit Rhodum. Idem Diodorus in
 quinto: Tlepolemum in agris commorantem, ferunt à Licymnio
 Electrionis orta contentione occisum. qua ex cæde ex Argis fu-
 giens Rhodum applicuit. Hanc insulam incolebant tum Græci à
 Triopato Phorbantis filio deducti. Hic locus mendis scater, at-
 que ad hunc modum corrigendus est. Tlepolemum Argis com-
 morantem ferunt Licymnium Electrionis filium orta contentione
 occidisse. qua ex cæde Argis fugiens, Rhodum applicuit. Hanc
 insulam incolebant tum Græci à Triopa Phorbantis filio dedu-
 cti. nam τῷ hic articulus est, cum Græcè καὶ Τεόπια τῶ Φόρβαντῶ
 sit apud Diodorum. Pausanias in Messenicis: ἐς δὲ μεσσηνίω τὴ Τεόπια
 τῶ Φόρβαντος ἔλαβε γυναικὰ ἐξ ἄργους. In Chronicis Eusebij vulgo le-
 gitur: Phorbas Rhodum obtinuit. Argis. i. Troyphas, vbi legen-
 dum Triopas. Quod autem, pro, καὶ σοισι δεσπέσιον πῶτον κατέχευε
 κρονίων: ille vertit, Hunc & opes propter dedit amplas Iuppiter
 illis, non placet: non enim ex his verbis intelligitur aurea pluuia,
 de qua sic interpretes Græcus: ἰσθρῆ δὲ ὅτι τοῖς ῥοδίωις χρυσὸν ἔβρεψεν
 ὁ ζεὺς ἐπεὶ παρῶτη γενωμένη τῇ ἀθηνῶν ἐδυσῆ. Ego vertissem potius,
 Hunc & opes propter diffudit vel demisit Iuppiter illis. Plura
 Strabo libro 14. & Brassicanus in illud Politiani in Nutricijs: Et
 irriguam pluuio Rhodon expetit auro. λεχαίλω Græcus Scho-
 liastes dicit significare herbam in lectos suppeditantem. Heflus
 tamen, ἀλχιαλόν ἄντρονα ἰδὲ πῆλεον λεχαίλω interpretatur: Posi-
 tamq; in litore curuo Antronem & Pteleon coniugia semper
 amantem. Ego malim, Antronem inq; thoros Pteleum herbam
 suppeditantem. Apud Vallam nulla fit Antronis mentio. Sequi-
 tur apud Homerum: τῆδε καὶ ἀμφιδρυφὸς ἀλοχῶ φυλάκη ἐλέλειπτο καὶ
 δόμῳ ἡμιτελής: vbi Heflus, Multis quem luger ademptum Coni-
 uix Laodame lacrymis, defertaq; charo Rege domus. Valla peius:
 Cuius mors magnum Amphidryphæ vxori; magnum desolatæ
 N 3 domui,

domui, magnum etiam bellacibus socijs desiderium reliquit. Ego sic vertissem, Scissis quem luget vniſque Laodamia genis Phylacæ deferta domusq; Imperfecta, hunc de Danais. Hic vterque omisit domum inchoatam: quod si omittatur, perierit apud Lucianum in dialogo Proteſilai alluſio, ad hunc Homericū locum: ἀπαθανον, inquit, ἡμιτελή μὲ τὸν δῖμον χίρον ἢ τὴν νεογαμὸν γυναικὰ καταλιπαρῶν. Mox pro, Macedumq; remouit in oras. id est, καὶ αἰθίορον πύλασεν, malim, quos Æthiicam appulit oris. Pro, Et Dius ex Alyba patria procul aduenientes, malim, Atque Hodius patria ex Alyba. Rectè Hessus libro 4. Sternit Halizonum ductorem gentis adacto In pectus mucrone Hodium.

Expenduntur aliquot Euripidis in Iphigenia Aulidensi loca.

CAPVT X.

S I Euripides ducum Græcorum nomina ab Homero accepit, quod quidem ita esse mihi persuadeo, perperā apud illum ἰκνεύς legitur in Iphigenia Aulidensi, pro γυνεύς, & Ἰάφριον, pro δαέλπῳ. Nam cum Homerus, γυνεύς δ' ἐκ κίφης ἦγε δ'ύω καὶ εἴκοσι νῆας. apud Euripidem vulgo legitur hoc nauium numero mutato: αἰνιάων ἢ δ'ώδεκα πτόλοι ναῶν ἦσαν ὧν ἀναξ ἰκνεύς ἦρχε, ἢ δ' αὖ πέντε ἠλιδος δυνάστερες ἕς ἐπειὸς ἀνόμαζε πᾶς λεώς. εὐρυτῷ δ' ἀνασσε ἦσαν δε, λακίρητον δ' ἄρη τάφριον ἦσαν ὧν μέγας ἀνασσε φυλέως λόχολμα τὰς ἐχίδνας λιπῶν νήσους. Erasmus, Bis senis aderant nauibus insuper Ænianoium cohortis, his præfectus Iuneus. Hos item sequuntur, Eurio duce, optimates Elidis: quos vniuersa plebes dicit Epeos. agmenq; agebant albireme Phyliaci manipuli. his ductor præerat Meges quem miserant Echidnæ insulæ. Hic ego, vt dixi, arbitror, legendum pro ἰκνεύς, γενεύς ex Homero; pro Ἰάφριον, δαέλπῳ, ex hoc eiusdem Homeri carmine: πολλὸς δ' ἔμβαινον ἐπιτοὶ ἢ μὲν ἄρ' ἀμφιμαχος καὶ δαέλτος ἠησοδάτω. nisi fortè per ἄρη Ἰάφριον intelligas militē Taphium siue Teleboarum, vt quidam apud Euripidem transtulit. Iam quin μέγας φυλέως λόχολμα valeat, Meges Phyleos vel Phylei proles aut filius, nemini potest esse dubium, cuius Homerus ibidem his verbis meminit: ἢ αὐθ' ἠγαμόνδε μέγας ἀτάλαντος ἀρνή φυλείδης ὃν ἐπιτε δ' αὖ φίλῳ ἐπιπτότα φυλεύς. Fauet etiam mihi Latinus interpret alter. Suspicio etiam pro ἐχίδνας, legendum esse ἐχίνας, ex illo Homeri

οἱ δ'

οἱ δ' ἐν δουλιχίῳ ἐχιδνῶν ἢ ἱεράων νήσων. vt Echinades insulæ intelligantur. Nam quæ fuerint insulæ Echidnæ, nondum reperi. Cæterum in Diodori Siculi interprete malè legitur, Aspectu simili Echinasijs pro Echinadibus. In hoc Homeri vertendo: ὀπυγας οἰετέας σαφύλη ὅππιν ὧτων εἴσους, tam Vallam quàm Hessum decepit vox ambigua σαφύλη, quæ paroxytonos, significat circinum, amussim vel perpendiculum, sed oxytonos vuam. Vertit autem Valla sic: Ambæ in tergis vuam imitantes. Hessus: Tergoribus teretes referentes mollibus vuas. Valla tamen impressus habet: Ambæ in cæteris vuam innitentes. non dubito tamen eum ita scripsisse, vt nos superius legimus. Hoc Adrianus Iunius optimè: Ardua ad æquantes adamussim terga. Nunc si placet Homeri scholiasten & Ammonium audiamus: οὐτως, inquit ille, ἴσους καὶ ἀναλόγους τοῖς νῶτοις ὡσπερ ἐσάδμη, σαφύλη καὶ ὁ τεκτονικός διακρίτης, οἱ ἢ τὴν ἐσάθμω λέβυσον. ἐστὶ δ' ἐπὶ ἐσάδμη χροινίον λεππὸν χροῖνον μίληφιν ἢ μέλανι ὅσιν σημειόμενοι ἀπορροῦσι τὰ ξύλα. σαφύλην ὀξυτονουμενον, inquit Ammonius, ὡς ἀλλήν, καὶ σαφύλην βαρυτονῶς ὡς μελέτω διαφέρειν φησὶ πολεμαῖῳ ἐν δ' αὐτῆρα κῆρῶν ἐν ὀδυσειᾷ περσοφιδίῳ. τὸ μὲν καὶ βαρυτονουμένον, φησιν, ὄνομα ἐστὶ τῆς χροῖνίου μολλέδου παρὰ τοῖς ἀρχαίοις Ἰβῆ. τὸ ἢ ὀξυτονουμένον ἐστὶ ὀπυγας. ὁ αὐτὸς δ' ἀλλήν ἐν δ' αὐτῆρα φησὶ ἐν ἠλιάδι περσοφιδίῳ καὶ λέξιν φησὶν οὐτως. σαφύλη ἐστὶν ὧτων εἴσους. hæctenus ille. Quare malim hic vertere: Terga velut rectam quadrantes plane adamussim. Strabo & Eustathius: ἀφνειοὶ ζελεῖται λέγων ἢ ἀπὸ λήμης πηδὸς ἀφνειῶν. hæc eorum verba secutus hic Hessus ἀφνειοὶ καὶ, Diuitijs celebres, vertit, sed Aphnæi celebres, qui dicunt hoc populi esse nomē. Nam quod in quibusdam exemplaribus est: Ex Enetis vbi multorum, & apud Vallam est malorum, certum est à librarijs esse deprauatum, ex mulorum. Significat vox σαθμή idem quod σαφύλη, pro quo idem Hessus apud Theocritum malè σαθμόν. id est, stabulum, vertit, vt notauit Ioannes Hartungus.

Lucianus de pice Bruttia restitutus.

CAPVT XI.

A P V D Lucianū in Pseudomante, locus est in hac miscellanea obseruatione minimè à nobis prætermittendus, σκαλασὸν δ' ἐστὸ ὅτιν ἐκ πίπης βηρυπίας καὶ ἀσφάλτου. καὶ λίθου τῷ διαφανοῦς τετειμένον. Vbi omnino βηρυπίας vel βερηπίας, legendū hoc sensu: Hoc autem collyrium

rium constat picē Bruttia, & bitumine, & lapide speculari trito. ex Dioscoride, Plinio, Celso, Scribonio, & Strabone, cuius vnus testimonio contenti erimus. τὴν δὲ ὑπερ τ' ὁπλεων τούτων μεσόγραμμα βρέπιοι κατέχουσι καὶ πόλις ἐν ταῦτα μακέρπον καὶ ὁ δρυμὸς ὁ φέρων τ' ἀρίστου πώπην ἢν βρεπτιανὴν ὕλουαν καλοῦσιν. id est, Regionem super has vrbes mediterraneam Bruttij tenent, & vrbs hic est Mainertium. & silua ferens præstantissimam picem, quam Brutianam siluam vocant. Erasmus lapidem perspicuum & picem Beryttiam vertit. De lapide speculari videndus Ægineta: σπειλάειον, inquit, οἱ τ' διὰ τῆς σφαιλάειον ἢ πινες ἀντὶ σφαιλάειον ἐν ταῖς θυρίσι χροῶνται, διὸ καὶ διαφανές προσαρρορεύει. id est, Specularium, vel vt alij per ph specularium, quo quidam pro speculis vtuntur in fenestris, quare & Diaphanes appellatur. Plutarchus de placitis Philosophorum lib. 3. cap. 5. καὶ μὲν ἐν εὐθείας ὁρῶμεν τὰ ἐν ἀέρι καὶ τὰ διὰ τῆς λίθου τῆς διαυγῶν καὶ κεράτων. Vbi Budæus, per gemmas perlucens. Cælius, per lapides perspicuos. Quod autem apud Strabonem legamus, βρεπτιανὴν ὕλουαν, non, βρεπτιανὴν σίλειαν, quod interpretes putauit valere, quam Brutianam vocant, omiſſa voce silua: spero hoc omnes doctos approbaturus; tametsi Hermolaus in Corollario ipsam picem vocatam esse putet à Strabone Brutianam siluam, cuius propterea verba hic adiecimus. Nec, inquit, Brutianam siluam quamobrem vocari eam picem dicat Strabo, comperi. Nō enim siluam vinum pro picato significari crediderim, hætenus Hermolaus. Eradendum itaque est, quod habent Lexica Græcolatina βρηπτιανὴ πώπην, Pix Beryttia. Lucian.

Polybius castigatur, & Brettios esse Bruttios docetur.

CAPVT XII.

DIONYSIVS, quem Perihegeten appellant, de Lucanis & Bruttij agens: ἀρχὴ δὲ, inquit, λακιανοὶ καὶ βρέπτιοι ἀνδρες ἕασσι. Hæc verba enarrans Eustathius episcopus Thesalonicensis: βρέπτιοι διὰ τῆς ἢ βρέπτιοι διὰ τῆς δύο π. βρέπτιοι δὲ καλοῦνται ἀπὸ βρέπτιου ἢ οὐ ἕσκαλοις. ὁ δὲ γεωγράφος φησὶν ὅτι λακιανοὶ βρεπτιοὺς τοὺς ὑπερταῖς καλοῦσιν. ὅποιοι, φησι, καὶ οὗτοι οἱ τὰ πρῶτα ποιμαίνοντες ὕπερον ὑπὸ ἀνέσεως ἐλαδευώσαντες ἀπέστησαν. Vtitur hic Strabonis testimonio, cuius ex 6. hic verba

verba subiecimus: ἀνόμαστον τὸ ἐστὶν ὑπὸ λακιανῶν, βρεπτιοὺς γὰρ καλοῦσι τοὺς ὑπερταῖς. ἀπέστησαν δὲ ὡς φησι ποιμαίνοντες αὐτοὺς ὑπερταῖς ὑπὸ ἀνέσεως ἐλαδευώσαντες, ἢ ἢ καὶ ἐπερὰ τὸ δῖον διαυγῶν καὶ ἐτάραξεν ἀπυπτος πρὸς ἀπυπτος. καὶ καθόλου μὲν δὴ ταῦτα καὶ λακιανῶν καὶ βρεπτιῶν λέγομεν. ἀπὸ γὰρ λαίου πρῶτη πόλις ἐστὶ τῆς βρεπτιῶν Ἰεμέση, Ἰεμέσαν δὲ οἱ νῦν καλοῦσιν αὐσόνων κλίσημα ὕπερον δὲ καὶ αἰτωλῶν τῆς μετὰ θόαντος ὡς ἐξέβαλον βρέπτιοι. βρεπτιοὺς τ' ἐπέπεισαν ἀνὴρας τῆς ἰωμαῖοι. id est, Nomen genti inditum est à Lucanis, Bruttios enim Lucani transfugas vocant. Defecerunt autem, vt aiunt, cū prius ipsorū pastores fuisset postea remissius degentes, inq; libertatem se afferuerunt atque defecerunt, qua tempestate Dion aduersus Dionysium exercitu comparato omnes in omnes concitauit. Atqui hæc in vniuersum de Lucanis & Bruttij referimus. A Lao enim prima Bruttia regionis vrbs Temela (Templam autem nunc vocant) hanc Auloni condiderunt. Post illos eam habuerunt Ætoli Thoantis comites, quos expulere Bruttij. Bruttios autem attriuerunt Annibal & Romani. Quod ipsum scribit his etiam verbis Diodorus Siculus lib. 16. ἐπὶ τῶν τούτων καὶ μὲν τὴν ἰταλίαν ἠδρῶδη περὶ τὴν λακιανίαν πᾶνθ' ἀνδράπων πανταχόθεν μυγιάδων, πλείους δὲ δέλων δραπέτῶν ἔτοι. δὲ τὸ μὲν πρῶτον λισρικὸν ἐνεθήσαντο βίον, καὶ διὰ τῆς ἐν ταῖς ἀρχαυλαίας καὶ καταδρομαῖς σωθήθειαν ἔχον τειβὴν καὶ μελέπην τῆς καὶ πώλεμον ἔργων. διὸ καὶ τοῖς πολεμικοῖς ἀγῶσι πρῶτον ἐπὶ ἐξωρίων εἰς αὐξήσῃ ἀξιολογώτερον κατέστησαν. καὶ πρῶτον μὲν τερνίαν πόλιν ἐκπόλιορκήσαντες δῆρπασαν, ἐπειτ' ἀρπαγῶνιον, καὶ θυρῶνιον, καὶ πολλὰς ἄλλας χειρωσάμενοι κοινὴν πολιτείαν σωθήθειον, καὶ προσσηρορεύθησαν βρέπτιοι, διὰ τὸ πλείους εἶναι δούλους. καὶ γὰρ τὴν ἐξωρίων διάλειπον οἱ δραπέται βρέπτιοι προσσηρορεύοντο. Apud Polybium in vndecimi libri eclogis perperam, nisi fallor, legitur: τῆτο δὲ ἔστιν ἐν ἀλίφουσιλειομένον τῆς βρεπτιανίας εἰς πᾶν βραχέως ἴσπος ἀννίκου, pro βρεπτιανίης. id est, agri Bruttij, quemadmodum libro 1. κατασύρας δὲ τὴν λοκρίδα καὶ τὴν βρεπτιανὴν χώραν. id est, Brutianam regionem, tam et si vertitur illic: Annibale exiguus Britannia locis incluso. Idem Polybius in initio decimi: βρέπτιοι γὰρ λακιανοὶ καὶ πνεα μέρη τῆς σαυνιτῆς. vbi Interpres, Etenim Brettij & Leucani & nonnullæ Saunitarū partes. cū vertere debuerit, Nam Bruttij & Lucani & nonnullæ Sānitium partes. Idem in nono: ποιισάμενον δὲ τὴν πρῆσαν διὰ τῆς σαυνιτίας καὶ τῆς βρεπτιῶν. Discorides, τοιαύτη δὲ ἔστιν ἡ λυκαυτικὴ καὶ βρηπτιανὴ δύο

φύσεων ἐχόμεναί τῶσδε ἀμα καὶ ῥητινῆς. Dion etiam mendose habet libro 42. ἔσε τὴν βρεθλιανίαν ἦλθε, pro βρεθλίαν, vt ingeniose obseruauit Xylander. Sigonius hanc vocem per geminum tt scribendam afflerit.

Indicantur aliquot lapsus interpretis Polybij.

CAPVT XIII.

SUNT & alij eiusdem interpretis manifesti lapsus, quorum nonnullos hic indicare visum est, & securo lectori quasi aurem vellere. Nam vbi Græcè in initio eclogarum libri 7. τὰ λεοντιὰ καλούμενα πεδία καὶ τὴν γεωργήσιμον χώραν. vertit ille, ad cāpos Leontinos sic dictos, & Georgesimam regionem: cum vertere debuerit, regionem culturæ aptam, quemadmodum pontifex Sipuntinus est interpretatus eandem vocem libro 1. ὕψ' ἧς ὁ πεπεχόμενος ἴσθατο εὐβάτοτο ὑπάρχει καὶ γεωργήσιμος, peruiam & culturæ aptissimam vertens. Non minus absurdum est quod idem libro 8. καθηγεμόνα τὸν φιλούμενον ἔχων καὶ παρεσκεδασμένον σὺν ἀρχεῖον αὐτὸν πρὸς τὴν διαπεταμένον χεῖραν transtulit, & præeuntem habens Philumenum, cui & Synagrium ad constitutum vsum addiderat, præfertim cum paulò post, σὺν ἀρχεῖον, rectè, suem syluestrem, reddiderit. Idem ῥινοπούλλω, id est, μικρῶν πυλλῶν auctore Hefychio, putauit proprium esse portæ nomen, & Rhinopylam vertit, cum ipsemet alibi Liuium secutus, rectè, portulam, verterit. Idem interpres pro Liuiο vertit Libium. Cæterum in eo quod ibidem legitur: ἔπειτα προσέειπε (vel, ἔπειτα προσέειπε, vt aliter inuenitur) παρὶν ὁ φύλαξ εὐθέως καταβαίτων πρὸς τὸ ῥινοπούλλω, vitiatus est Græcus codex, & legendum est, προσεβροίζησε, à verbo βροίζειν, quod σὺρήσειν auctore Eustathio significat, aut προσεσούεξε, id est, simularque affibilauit, vt antea: ἀλλ' ὁσὸς προσεσούεξε τὴν ἰείρα προσεβροίζου νυκλῶς, id est, sed quoties appropinquans mœnibus, sibilauerit per noctem. Idem in initio 6. libri ἰτακαίος, id est, Vticenses Itacæos & Itycæos est interpretatus, & in principio libri 14. τῆς ἰτύκης πολιορκίαν, obsidionē Itycæ, pro Vticæ dixit. Idem in eodem statim: οὐ γὰρ ἀπεγίνωσκε καὶ τῆς παιδίσκης αὐτὴν ἡδὴ κόρον ἔχειν. id est, non enim desperabar & puellæ eum iam satietatē cepisse. Loquitur autē de Sophonisba Syphacis vxore. Liuius hoc ita: Si fortè iam fatias amoris in vxore ex multa copia eum cepisset. Interpres Polybij sic

fic vertit: Haud enim desperabat esse illum iam saturū Pedisca. & mox: σὺν τῇ Ἰούτοις ἀμα καὶ τῆς παιδίσκης, ἧς ἦν θυλάτης μὲν ἀσδρῶνα σὺν στρατηγῷ, γυνὴ δὲ τῆς σύφακτο, κατὰ τὸν ἑπὶ τὸν δεομένης καὶ λιπαρούσης οἶμα καὶ μὴ καταλιπεῖν ἐν τοιούτοις καιροῖς κερηδιονίους ἐπεισθε, καὶ προσέειπε τοῖς περὶ τὸν ἀσδρῶνα ὁ νομάς .i. Præterea etiam Sophonisba puella, quæ erat filia quidē Asdrubalis imperatoris, vxor verò Syphacis, vt supra dixi, orante & obsecrante, vt arbitror, ne desereret in talibus temporibus Carthaginīeses, persuasus est Numida (Syphax) & postulatis animum intendit. Hic interpres iterum: Præterea quoniam & Pedisca, quæ filia erat ducis Asdrubalis & Sophacis vxor, cuius & supra memini, precabatur, & obsecrabat ne Carthaginīeses in eiusmodi temporibus desereret. Numas ille acquieuit & obsecrationibus huiusmodi attendit. Deinde in eodem libro: ἔδωκε πρῶτον μὲν τὰς τῆς ἀσάτων σημαίας, ἐπὶ δὲ ταύταις ἰὰς τῆς ἀρλίμπιων. Locauit primo loco quidem hastatorum signa, post hæc verò principiorum signa. Idem lib. 15. πρῶτον μὲν τοὺς ἀσάτους καὶ ἰὰς τούτων σημαίας ἐν διασήμεσιν, ἐπὶ δὲ τούτοις τὰς ἀρλίμπιας. Item: καὶ δὴ πρὸ τούτων πρὸ πρῶτον σὺν ἔχων ἑπιπρόντες τὰς τῆς ἀσάτων σημαίας. Deinde: ἰδὲ δὲ πρὸ τῆς ἀσάτων ἡπὲρ καταβῆτι. Postremò: οὐ μὴν ἀλλὰ τοὺς τραυματίας μὲν εἰς Ἰουπίσω τῆς περὶ τὴν ἀσάτων κομισάμενος (ita enim legendum est, non νομισάμενος) τὰς δὲ ἐπιθώκοντας τῆς ἀσάτων ἀναγελεσάμενος. Omnibus his locis interpres vertit, perperā: Primum quidem instabilium signa præponit; postea verò subijcit primores. Primum instabiles ac leues vnā cum signis suis per interualla locauit, illis subiecit principum cohortes. Et hoc pacto confusè in signa instabilium ac leuium agminum irruebant. Tam ab ipsis quàm à leuibus agminibus trucidabātur. Idem interpres: Vulneratis tamen post aciem asportatis retro & illis qui leuia agmina sequebantur. Si meminisset locum libri 6. ἴσοις δὲ τούτοις τοὺς ἀσάτους. Lascarem vertisse rectè, lis pares hastati; nunquam tam turpiter errasset interpres. Vt supra interpres Polybij georgesimam, pro, culturæ aptā, ita interpres Epitomes Strabonis, malè, Perasimum, pro peruio. libro 8.

Delentur alie in Polybio macule. CAPVT XIV.

SCRIBIT Suidas in voce ἀζαδουλῆς ex Timæo, quæ Polybiū

in duodecimo mendosum in integrum restituere possunt: Prius igitur Suidæ verba afferam. ἀγαδοκλής, οὗτος ἐγένετο Ἰύραυνος, καὶ ὡς φησὶ Ἰμίαιος καὶ ἄλλοι ἠλικίαν κοινὸς πόρνος· ἔτοιμος τοῖς ἀκρατεστέτοις, κολοῖς, τεύχεσι. πάντων ἤβουλομένων τοῖς ὄπαιεν ἐμφοροῦσαν ἡλιόμοσος. δε ὅτε ἀπέθανε τὴν γυναῖκα φασὶ κατακλαυόμενον αὐτὸν οὕτω ἐβλήθη. Ἦ δ' ἐκ ἐγὼ σε, Ἦ δ' οὐκ ἐμέ σὺ; ὅτι ὅ ἐκ φύσεως ἀνάγκη μεγάλα ψροτερήματα γερνέουσι (sic enim legendum ex Polybio, non γέρονε) περὶ τὸν ἀγαδοκλήα τοῦτον δῆλον. εἰς γὰρ τὰς συρκοῦσας παρ' αἰς ἐβλήθη φεύγων τὸν ἔσχατον, τὸν καπνὸν, τὸν πλὸν, περὶ τὴν ἠλικίαν ἀλωκαίδεκα ἔτη γερνῶς, καὶ μετὰ πνα χρόνον ὀρμηθεῖς, ἀπὸ τοιαύτης ὑποθέσεως, κύειται μὲν ἐγένετο πάσης σικελίας, μεγίστους ὃ κινδύνοισ ἀπέβησε κερκιδονίους. τέλος ἐγγηρέσας Ἦ δυναιεῖα κατέσρεψε τὸν βίον βασιλεὺς προσαρροδόμενος. Ascripti etiam Polybij verba, vt ex eis Suidæ quibusdā vulneribus mederi facilius queas: ἐπὶ κερκιδονίῳ ἄλλος ἰσθρίας, φησὶ Ἰμίαιος γερνέουσι τὸν ἀγαδοκλήα καὶ ἄλλοι ἠλικίαν κοινὸν πόρνον, ἔτοιμον τοῖς ἀκρατεστέτοις καλύων τεύχεσιν πάντων ἤβουλομένων τὴς ὄπαιεν ἐμφοροῦσαν γερνόντι. φησὶ ὃ Ἰουδαῖοις ὅτ' ἀπέθανε ἡ γυναῖκα φασὶ κατακλαυόμενον αὐτὸν οὕτω ἐβλήθη. Ἦ δ' ἐκ ἐγὼ σε; Ἦ δ' οὐκ ἐμέ σὺ; ἐν γὰρ τούτοις πάλιν, οὐ μόνον αὐτὸς ἐπεφθόγγατα καὶ περὶ δημοχάρους, ἀλλὰ καὶ τὴν ὑπερβολὴν δαυμάσειε τῆς πικρίας. ὅτι γὰρ ἐκ φύσεως ἀνάγκη μεγάλα ψροτερήματα γερνέουσι περὶ τὸν ἀγαδοκλήα τοῦτο. δῆλον ὅτι ἐξ αὐτοῦ ὃν ὁ Ἰμίαιος ἀποφαίνει. εἰ γὰρ εἰς τὰς συρκοῦσας φεύγων ἔσχατον τὸν καπνὸν τὸν πλὸν, περὶ τὴν ἠλικίαν ἀλωκαίδεκα γερνῶς καὶ μετὰ πνα χρόνον ὀρμηθεῖς ἀπὸ τοιαύτης ὑποθέσεως κύειται μὲν ἐβλήθη πάσης σικελίας, μεγίστους ὃ κινδύνοισ ἀπέβησε κερκιδονίους. Ἦ δ' ἐγγηρέσας Ἦ δυναιεῖα κατέσρεψε τὸν βίον βασιλεὺς προσαρροδόμενος. εἰς οὐκ ἀνάγκη μεγάλα γερνέουσι καὶ δαυμάσειον τὸν ἀγαδοκλήα. Idem libro 15. de Dionysio & Agathocle tyrannis agens: ἐκείνων γὰρ ὁ μὲν ἔτερος ἐκ δημοτικῆς καὶ τυραννικῆς ὑποθέσεως ὀρμηθεῖς, ὁ δὲ ἀγαδοκλής ὡς ὁ Ἰμίαιος ἀποκώπλων φησὶ, κερκιδονίους ἀρχὸν καὶ κατακλαυόμενον τὸν ἔσχατον καὶ τὸν καπνὸν ἢ καὶ νέειται εἰς τὰς συρκοῦσας. Constat iam opinor legendum esse non καλύων τεύχεσιν πάντων ἤβουλομένων τοῖς ὄπαιεν, sed κολοῖς, τεύχεσιν πάντων ἤβουλομένων τοῖς ὄπαιεν. id est, gracculum, buteonem, de quibus aibus & toto hoc loco vide Cesium libri 24. capite 4. Adhæc Ἦ δ' οὐκ ἐγὼ σε, τί δ' οὐκ ἐμέ σὺ; Id est, quid non ego tibi, quid tu non præstitisti mihi? Auctor est idem Cælius. Polybij, interpres absurdè vertit, Quare non ego te? & qua-

re non

re non tu me? Præterea legendum: περιγεννήθη φεύγων τὸν ἔσχατον, τὸν καπνὸν, τὸν πλὸν, περὶ τὴν ἠλικίαν ἀλωκαίδεκα γερνῶς, καὶ μετὰ πνα χρόνον ὀρμηθεῖς ἀπὸ τοιαύτης ὑποθέσεως. non παρ' αἰς ἐβλήθη, vt perperam est apud Suidā, non βοροπιδὸν καὶ τὸν καπνὸν, vt est in eclogis 15. libri, non ἀλωκαίδεκα γερνῶς, omilla voce ἔτι, vt Polybius libro 12. Nec ἀπὸ τοιαύτης ὑποθέσεως, quod interpres putat valere, cum ob huiusmodi causam venisset, cum significet profectus à tali initio.

Restituitur Ammiani locus deprauatissimus.

CAPVT XV.

CIRCUMFERTVR Ammiani Marcellini locus, longè deprauatissimus, ad hunc modum ex Ioanne Zonara & Socrate Scholastico legendus.

ἀλλ' ὅτε δὴ νύμφαι* ἄροσπρὴν καὶ ἄστυ χρεῖαν
 περιθόμεναι σήσαν ὃ εὐσεφείας καὶ ἀγίας
 καὶ τεῖχος* ἀστροῖο πολύστονον ἔσσε ὃ ἀλκας
 δὴ τότε μυρία φύλα πλυσσέρων ἀνδρῶπων
 ἀγροισ* ἐβλήθησαν κακὴν ὀπηγμένα ἀκλήν.
 ἰσρα* καλλιρόσιο πόρον διαβάντα σὺν αἰγμῆ
 καὶ σκυδικὴν ὀλέσει χάρην καὶ μύσδα γαίαν
 ἐρηϊκίης ὃ ἐπβάντα σὺν ἑλωτοῖσι μανομένησιν
 αὐτὸ κεν βιόταιο ἰέλ* καὶ πύτμον ἐπώσσοι.

Zonar. ἰσρὸν

Socrat. μὲν μαίροντα

Zonar. χιμμερῖοιο

Πυγελία quæ, & Strabo enarratus.

CAPVT XVI.

SVIDAS Πύγελαι. πόλις ἐν Ἦ ἰωνία τὰ Πύγελαι καλεῖν ὃ τὸ ὄνομα, ὅτι ἐστὶ μετ' ἀγαμέμνονος πινες νοσήσαντες τὰς πυγὰς ἐν αὐτῶν κατέμειναν. id est, Pygela vrbs in Ionia. inuenisse autem hoc nomen, aiunt, quoniam ex Agamemnonis comitibus quidam malè affectos pedes habentes hic permanferunt. In eandem sententiam Strabo libro 14. εἶτα Πύγελαι πολίχμιον ἰσρὸν ἔχον ἀρτέμειδος κερκιδονίους ἀγαμέμνονος οἰκόμενον ἀπὸ μέρους ἤβουλομένου λαῶν. πυγελίας γὰρ πνας καὶ γαρέδης καὶ κληθῆναι, κάμνοντας δ' ἀπὸ τῆς πάσης καταμείνουσι καὶ πυγῶν οἰκίαις ἢ δὲ ὀνόματι. id est, Deinde Pygela oppidulum templum habes Dianæ Munychiæ Agamemnonis opus habitatum à parte illius.

populi.

populi. Contigit enim quosdam eorum è podicibus laborare & vocari; cum autem ægrotarent ex morbo permanſiſſe, & for-
titos eſſe proprium nomen. Interpres ita vertit; vt quid
Strabo ſibi voluerit, nemo facile ex ipſius verbis aſſequi poſſit.
Nam quidam Pygalij nominati iam calamitatibus defatigati ibi
remanſerunt: Vnde locus nomen ab illis accepit. Pius non mul-
to melius: Pygela oppidum vbi Agamemnon Munychiæ Dianæ
templum edidit, & Pygalios dimiſit gentem morbis defatigatâ,
quos natibus agnatos Pygas vocant; vnde locus nomen accepit.
Eufſtathius: πυγῆς δὲ παρώνυμα καὶ τὰ περὶ τὴν ἀντικρυχίου, πάλαι μὲν
πύργελλα, περὶ ἧ τοῖς μετὰ ταῦτα φύργελλα λόγῳ ἀφθοράς.

*De Anaxogora Clazomenio, Anaximene
Mileſio, & Archelao Phyſico.*

CAPVT XVII.

SUPERIOR Strabonis locus admonuit, vt ex eiufdem libri
epitome ſœdam maculam eluerem. Ita enim illic legitur: *Ἀναξα-
γόρας ὁ φυσικὸς Ἀναξιμένους μὲν ἦν ὀμιλητὴς τῶ μιλησίου. Διδάσκαλος δὲ
Ἀρχέλαος ὁ φυσικὸς καὶ Εὐεπίδης ὁ ποιητὴς. vbi legendum: Διδάσκα-
λος δὲ Ἀρχέλαος τῶ φυσικοῦ καὶ Εὐεπίδου τῶ ποιητῶ. nam ipſe Strabo
ad hunc habet modum: Κλαζομένιος δὲ ἦν ἀνὴρ ἐπιφανὴς ἀναξαγόρας
ὁ φυσικὸς ἀναξιμένους ὀμιλητὴς τῶ μιλησίου. διήκουσε δὲ τούτου ἀρχέλαος ὁ
φυσικὸς καὶ εὐεπίδης ὁ ποιητὴς. id eſt, Clazomenius autem erat vir cla-
rus, Anaxagoras phyſicus Anaximenis Mileſij diſcipulus. Hunc
audiuere Archelaus phyſicus & Euripides poëta. Porro Anaxa-
goram Anaximenis, & Archelaum Anaxagoræ diſcipulum fuiſſe,
leges etiam apud Laërtium: *Ἀναξαγόρας, inquit, ἠγροβούλις ἢ εὐβά-
λου Κλαζομένιος οὗτος ἠκούσεν Ἀναξιμένους. Idem: Ἀρχέλαος Ἀθη-
ναῖος ἢ Μιλήσιος πατρὸς Ἀπολλοδώρου ὡς δὲ πνὲς μύδων μαθητὴς Ἀ-
ναξαγόρου. Moſchopolus in vita Euripidis: διήκουσε, inquit, δὲ καὶ
Ἀναξαγόρου τοῦ Κλαζομενίου. Thomas Magiſter in eiufdem vita:
ἐφοίτησε Ἀναξαγόρα.**

De Glu-

De Glutidis ſive Clytidis & Telliadis.

CAPVT XVIII.

VIR tum doctiſſimus tum candidiſſimus Petrus Victoriuſ
lectionum ſuarum libri 13. cap. 15. pro Ianundarum, docet le-
gendum eſſe Iamidarum apud Ciceronē in priore de Diuinatione,
ex Clemente Alexandrino, Pauſania & Pindaro; ſed de Glu-
tidis, quorum eodem loco meminit Cicero, nullam facit men-
Diomedes, inquit, fuit de ciuitate quæ Argos Hippion dicitur, de qua Homerus *ἀργῶν ἱππόβοτον*. Horatius, Aptum dicet equis Argos. Hic in Apulia condidit ciuitatem, quam patriæ suæ nomine appellauit, & Argos Hippion dixit, quod nomen postea vetustate corruptum est, & factum est, vt ciuitas Argiripa diceretur, quod rursus corruptum Arpos fecit. Idem alibi: Fuit & in Italia Argos quam Diomedes condidit, quæ primo Argi, post Argirippa, post Arpi dicta est. Polybius in 3. de Annibale: *ἐπέστρεψε γὰρ τὴν ἀργυρῆαν, καὶ πᾶσαν ἀδεῶς ἐλεηλάτῃ τὴν δαυνίαν*. Vbi Perottus, Argypanam ac Dauniam vniuersam populatur. Ego legendum censeo *ἀργυρῆαν*, id est, agrum Argyrippanū vel Arpinorum agrum. Idem in fine eiusdē libri: *αἰγυρῆαν δὲ καὶ καπυρῆαν πρὸς ἐκάλουσαν τὸν ἀργίβαν*. Perottus: Campanis, Neapolitanis in de-

ditionem

ditionem acceptis. Castigandus autem est Græcus codex, & *ἀργυρῆαν* legendum, hoc sensu: Argyrippani & Capuanorū nonnulli Annibalem accersēbant. Strabo libro 6. *πλησίον δὲ καὶ καλαπία Ἰδὲ σφί ἀργυρῆαν ἐπὶνελικεν. οὐ πολὺ γὰρ δὴ τῆς δαυνίης κατέκεινται δύο πόλεις, ἐν γὰρ τῷ πεδίῳ μέγισται σφί ἰταλιωτίδων γερουσίαι παρότερον, ὡς ἐν σφί περσῆβλων δῆλον Ἰδὲ, τε καυρῆαν, καὶ ἡ ἀργυρῆα, ἀλλὰ νῦν ἐλατῆρος εἰσίν. ἐκαλείτο δὲ ἐξ ἀρχῆς ἀργοσίππρον, εἴτ' ἀργυρῆα, εἴτα νῦν ἀρποι (λέγει) δὲ ἀμφοτέρωσιν Διομήδεις κλίσιμα. id est, Olim quidē vocabatur Argoshippion, deinde Argyrippa: mox vt nunc Arpi (dicitur autem vtrumque) Diomede conditore. Græci codices mendose habent: *ἀργυροσίππον*, & interpretes vertit: A primordio quidem vocabatur Argyrohippium, deinde Argyrippa, porro autem Arpi nunc vocata est. Vtræque in præsentia sanè deleta, à Diomede condita dicuntur. Appianus de rebus Annibalis: *ἀργυρῆαν δὲ ἐστὶ πόλιν ἐν τῇ δαυνίᾳ, ἣν Διομήδης ὁ ἀργῆος λέγει κλίσιμα. καὶ πρὸς ἐκείνησιν τῶ Διομήδεις νομιζόμενον δάσιον ἀνὴρ εὐμεταβολὸς Ἰε τὸ φρόνημα, καὶ οὐ Διομήδεις ἀξιῶσιν, ῥωμαίων περὶ κίννας τὴν μεγάλην ἢ τὴν ἡπλημένων ἀπέστρεψε τὴν πύργον πρὸς τοὺς λίβυας ἀπὸ ῥωμαίων. sic enim omnino est legendum, non ἡπλημένων. Notandum hoc quoque videtur, qui Appiano Darius vocatur, eum Linius Classium Altinum Arpinum vocari. Sed ni fallor pro Cl D, id est, pro Cladius Darius legendum est apud Liniū; quod mendum passim est obuium, vt alibi annotauimus. Vt ad Arpos redeam; Ptolemæus pag. 161. *ἀπολυῶν δαυνίων μεσόγειοι, Ἰεανον, γευκερία ἀπολυῶν, οὐβερνον, ἀρποι, ἐρδονία, καυρῆαν*. Stephanus: *ἀργυρῆα κλίσιμα Διομήδης αὐτῇ λάμβανει ἐκαλείτο*. Suidas: *ἀργυρῆα πόλις ἣν κλίσιμα Διομήδης*. Vatinius in voce *Διομήδης*: ὁ Διομήδης βοιωτῆς τῷ Δάυνῳ καὶ νίκῳ παροχῶν δαυνίῳς ἐκίσε πόλιν ἀργυρῆαν ἢ τὴν ἱππόβον ἀρῆσιν καὶ μετεκλήθη ἀπολυῶν ἀρποι. Plura leges apud Lycophronis scholiastem, pag. 91. ex quo pro *ἀπολυῶν* δὲ ἐστὶν κατὰ τὸν δίανα ἀμύκτοι, ἀποῦλοι καὶ δαυνιοί. ego legerim apud Vatiniū: *ἀμύκτοι, πυρῆαυλοὶ καὶ δαυνιοί*.**

Castigantur in Strabone Æschylis versus.

CAPVT XVII.

Doctissimus & diligentissimus vir Henricus Stephanus in suis in Æschylum scholijs, eius poetæ versus, qui extant Strabonis libro.

libro 4. aliquanto emendatioribus edidit, quam vulgo leguntur, putatque esse sumptos ex tragœdia, cui titulus *προμηθεὺς λυόμενος*, verè quidem ille, sed quia nullis testimonijs sententiam suam confirmavit, non ægrè feret, ut est humanus, se à nobis hac in re esse adiutum. Dionysius igitur Halicarnassensis libri 1. pag. 27. *Ἰλλοὶ δὲ τὸν πόλεμον τὸν δὲ τῶ ἀρχαίων ποιητῶν αἰχμύλος ἐν περιμθεῖ λυομένῳ. πεποίηθ' ἔτι αὐτῷ ὁ προμηθεὺς ἠεὶ κλέϊ τὰ, τε ἄλλα πολεῖν, ὡς ἔκρινον αὐτῷ πὶ συμβήσεσσι ἐμῆκε, καὶ τὴν ἐπὶ γεινώνῳ στρατείαν, καὶ δὴ καὶ περὶ τῆς λιγυρικοῦ πολέμου, ὡς οὐ βράδυσθ' ὁ ἀγὼν ἔσται. τὰ δὲ ποιήματα αὐτῷ ἔχει.*

*ἦξις δὲ λιγύων εἰς ἀτέρητον στρατῶν,
ἐνθ' ἔμωχρος εὐοῖδα καὶ θυρόσπερ ὦν
μέμψαι; πῆρα δὲ γὰρ σε καὶ βέλη λιπέειν.*

Hic duo quæ prius non satis certa erant confirmantur, & ex Prometheo soluto ea carmina accepta esse, & *θυρόσπερ ὦν*, non *θυρός περῶν* legendum esse, quemadmodum re & codex Henrici Scriingeri habebat. Interpres Strabonis absurdè: aut clypeo lamenta emittere in transeundo, id est; *θυρόσπερ ὦν*. Eodem loco Henricus Stephanus plura esse fatetur in sequentibus versibus depraviata, quæ ille in aliud differt tempus. Sunt autem apud eum huiusmodi, *ἐν ταῦθ' ἑλέειθ' δ' οὐπὲν ἐμὴ γαίης λίθον*

*ἔξεις. ἐπεὶ πᾶς χῶρθ' ἐστὶ μαλθακός.
ἰδὼν δ' ἀμνησεν ἄντα σ' ὁ ζεὺς οὐκ ἔρεϊ,
νεφελὴν δὲ ὑποσχῶν νιφέδι σρογγύλων
πέτρων ὑπόσκιον θήσει χθόνα.
οἷς ἔπειτα συμβαλῶν θηώσας βράδυσθ' ἰγύων στρατῶν.*

Postremos tres versus ita propemodum emendandos censeo,

*νεφελὴν δὲ ὑποσχῶν νιφέδι σρογγύλων πέτρων
ὑπόσκιον θήσει χθόν', οἷς ἔπειτα τῷ
βαλῶν θηώσας βράδυσθ' ἰγύων στρατῶν.*

Si *θηώσας* à *themate* *θιωθῶ* legas, eadem manebit sententia. Nam utro modo Hyginus legerit incertum est, cuius in Engonasin hæc sunt verba. Æschylus autem in fabula quæ inscribitur *προμηθεὺς λυόμενος*, Herculem ait esse non cum dracone, sed cum Liguribus depugnantem. Dicit enim quo tempore Hercules à Gerione boues abduxerit, iter fecisse per Ligurum fines, quos conatos ab eo pecus abducere manus contulisse, & complures eorum sagittis confi-

confixisse. Sed postquam Herculem tela defecerint, multitudine Barbarorum & inopia armorum defessum se ingeniculasse, multis iam vulnerebus acceptis: Ionem autem misertum filij curasse, ut circa eum magna lapidum copia esset: quibus se Herculem defendisse & hostes fugasse. Attigit etiam hanc fabulam Theon Arati scholiastes, ἄλλοι δὲ φασιν, inquit, αὐτῶν ἔτι τὸν ἠεὶ κλέϊ λίγυσι πολεμῶντα. ὀπλιπόντων δὲ αὐτῷ τῶν τοξιδμάτων ἐπὶ γόνυ πρὸς τὰ καὶ λίθους βαλεῖν, οὗς αὐτῷ ζεὺς ὕσεν εὐξαμένῳ. *λίγυσι* tamen illic depravate legitur. Valla apud Herodotum pag. 151. malè *Sigynas* *Pœni* qui supra *Maffiliam* incolunt, legens, *σιγύνας δὲ ὧν καλέουσι λίγυσι οἱ ἄνθρωποι μασσαλίνης οἰκείωντες*, pro *λίγυσι*. Eiusdem argumētī alij Æschyli ex eadem fabula locum, quem apud Arrhianum in *Periplo* invenimus, hic ascribendum duximus: *κατὰ αἰχμύλῳ ἐν προμηθεῖ λυομένῳ τὸν φάσιν ἔσθαι τῆς εὐρώπης καὶ τῆς ἀσίας ποιῆ. λέγουσι γόνυ αὐτῷ οἱ πταῖνες πρὸς τὸν περιμθεῖα, ὅπ, ἠκοιεν τοὺς σους ἀθλους τοὺς δὲ περιμθεῖν δεσμοῦ τε παρ' αὐτῶ τὸ δὲ ἐπιβόμοιοι ἔπειτα κραταλέγουσιν ὅσον χόρην ἐπὶ ἡλδον, πῆ μὲν δίδυμον χθόνος εὐρώπης μέγαν, πῆ δὲ ἀσίας Ἴερμιονα φάσιν. Meminit eiusdem & scholiastes Apollonij in quartū *Argonauticῶν*, & Strabo in primo. *ὅ, τε γὰρ αἰχμύλος ἐν περιμθεῖ πρὸ λυομένῳ φησὶν ἔτω**

*φοινικῶπεδον Ἴερμυρῆς ἱερὸν χεῖμα θαλάσσης,
χαλκοκέραυνόν τε παρ' ὀκτανῶ λίμναι παντοτροφῶν
αἰθιόπων, ἵν' ὁ παντεπόλις ἠέλιος αἰεὶ χεῖτ' ἀθάνατον,
κάματόνθ' ἵππων θέρμαις, ὕδατος μαλακῆς πορροαῖς ἀναπαύει.*

De adagio Hermonos vel Hermiones vice.

CAPVT XVIII.

Ἄνθ' ἑρμιόνῳ, inquit Zenobius, εἴρηθ' ἢ παροιμία ἐπὶ τῶν σωζόντων τοὺς κινέτας ἐπειδὴ ἐν ἑρμιόνῳ τῆς πελοποννήσου ἱερὸν ἦν κόρη καὶ δῆμιτρος εὐσφάλειαν παρέχον τοῖς καταφεύγουσιν. *μέμνηθ' ταύτης ἀεισοφάνης ἐν βαβυλωνίοις*. id est, Pro Hermione, parœmia dicta est, de civitatibus supplices. quoniam in Hermione Peloponnesi fuerat templum erat Proserpinæ & Cereris securitatem præstans eò confugientibus. Meminit huius Aristophanes in *Babylonijs*. Apud Suidam quædam sunt mendæ, cuius verba eo subieci consilio, ut hinc castigari queant. *ἀνθ' ἑρμιόνῳ ἐπὶ τῶν ὁμοίων ἱερὰ διασωζόντων. ἑρμιόνῳ γὰρ ἐν πελοποννήσῳ πόλις κόρης καὶ δῆμιτροῦ ἀσουλῳ, ὡς ἐπέμειν παρέχει τοῖς*

τοῖς ἰαγετεύουσιν. haecenusille. His si adjicias quæ scribit Aelianus historię animalium libri 11. capite 4. & ex Eliano Cælius libri 23. capite 30. tacito auctoris nomine clara multa fient. τὴν δὴ μυστα ἑρμιονεῖς σέβουσι καὶ θυόουσιν αὐτῇ μεγαλοπρεπῶς ἢ καὶ σεβαστῶς, καὶ τὴν ἑορτὴν χθονίαν καλοῦσιν. μεγάλας ἐν ἀκρόω βοῦς ὑπὸ τῆς ἱερείας τῆς δὴμυστος ἀγροῦται ἢ πρὸς τὸν βωμόν ἐν τῆς ἀγέλης, καὶ θυεῖν ἑαυτὰς παρέχουσι, καὶ οἷς λέγω μάρτυς ἀεικουλῆς ὅπου φησὶ,

δάματερ πολύκαρπε σύ κἢ σκελοῖσιν ἐναργῆς,
 καὶ παρ' ἑρεχθίδαις ἐν τῇ μέγα κρῖνε
 κρῖνε ἢ ἐρμιονεῦσι τὸν ἐξ ἀγέλης γὰρ ἀφειδῆ
 ταῦρον οὐκ ἀείρουσ' ἀνέρες οὐδ' ἐδέκα,
 ἔστον γράυς σείχισμα μόνη μόνον οὐατ' ἔλλα
 τὸν δ' ἐπὶ βωμόν, ὁ δ' αἷς μαίεται παῖς ἔπειθ'.
 σὸν τὸδε δάματρες, σὸν τὸ σῖέν, ἢλα ἔπειθ' εἰς
 καὶ πάντων δάλλοι κλάρ' ἐν ἐρμιόνη.

Addiderim τῆτο,
 inquit Gesnerus.

καὶ ἄλλ' ἄλλ'.

Id est, ut vertit Interpres :

*O fecunda Ceres Siculas veneranda per oras
 Cecropiasq; agros hoc ego precipue
 Miror in Hermione, quod magno robore taurum
 Quem q. viri possent vix domuisse decem,
 E grege deductum sola aure adducit ad aram
 Sancta tibi mulier, qui puer ut sequitur.
 Hac tua bis Ceres est, tu nobis esto benigna,
 Per te q. Hermione lata beata fiat.*

Quia autem Cælij exemplar diuersum est in nonnullis ab eo, quovsus est Gesnerus, ascripti & illius lectionem.

δάματερ πολύκαρπε σύ κ' ἐν σκελοῖσιν ἐναργῆς
 καὶ παρ' ἑρεχθίδαις ἐν τῇ μέγα κρῖνε
 ἑρμιονεῦσι τὸν ἐξ ἀγέλης γὰρ ἀφειδῆ ταῦρον
 ὄν' ἐχαιρούσιν ἀνέρες ἐδ' ἐδέκα. & cætera.

Inuenies horum quædam apud Pausaniam in Corinthiacis.

*Bos Homolottorum non esse dicendum, sed bos Molottorum vel
 Molosorum, nec Homolossus, sed Molosius.*

CAPVT XIX.

EXTRA apud Zenobium & Suidam & alios adagium, βοῦς δ' μολοπῶν.

μολοπῶν. αὐτῇ, inquit Zenobius, λέγει ἐπὶ ἄλλοις πολλὰ διαμερούμενων προάματα καὶ κατακοπόμενων οἷ γὰρ μολοπῶν ἐν τοῖς ὀρκομοσίοις κατακόπουντες εἰς μικρὰ τοῦς βοῦς ἢ ἀς συνθήκας ἐποιεῖντο. id est, Bos Molosorum. hæc parœmia dicitur de eis quæ diuiduntur in multas res & disciuntur. nam Molosii in fœderibus dissecantes in minutias boues, inibant fœdera. Potes etiã cum Parœmiographo προάματα negocia interpretari. Sed non dices cum illo Bos Homolottorū, nec Homolottos populos. Vidit hoc etiam in Decuria sua Ioannes Hartungus, & Henricus Stephanus in suis animaduersionibus in Chiliadas Erasmi.

Terra intestina lumbricos aut vermes terra esse, non lapides.

CAPVT XX.

τῆς ἔντερος apud Dioscoridem & Aeginetam & alios medicos, vermes siue lumbricos terræ interpretantur: quare miror Parœmiographum terræ intestina siue lapides transfulisse. Aratus: σιῶλικες κείνοι τοῦς κελύεσι μελαίνης ἔντερος γαίης. Idem in adagio, Vinculo maniuoro, id est, χειροβρωπ δεσμῶ. Sic quispiã appellauit manicas vestium Ponticarū, quod manus offendant atterant' q. Haecenus ille, secutus mendosum exemplar Zenobij, quod sic habet: χειροβρωπ δεσμῶ τοῖς ποικλοῖς εἵμασιν διὰ τὸ τῶς σάρκατος διακοπήν καὶ ἀναλίσκην. βέλπον δεσμὸν ἀποῦν τὸν δεσπιβρωσκοντα τῶ χεῖρε. Hic pro ποικλοῖς legendum est non ποικλοῖς, quod ille putauit; sed ποικλοῖς, & ἱμασιν non εἵμασιν, id est, pugilum cestibus siue vinculis, ex Hesychio & Varino. Ioannes Hartungus tamen putat esse legendum κοπλοῖς εἵμασι, & interpretatur, stringentibus & scindentibus manus. In adagio *Olla lenticulam attigit*, Erasmus pro ἡψετο, id est, coquebatur, perperam legit ἡφατο. Locus est in 4. Athenæi non in decimo, ut mendose impressum in Chliadibus est. Nec video quamobrem Erasmus illud Epicharmi χύβρις ἢ φακίαις ἡψετο. i. Olla autem lenticulæ coquebatur; putarit inter prouerbia referendū. Idem: κῆθ' ἡψομεν τὰ κορχῶρα vertit, attigimus, pro, coquebamus. Sunt & alia nullam adagiorum faciem habentia apud eundem, quale est illud Sophoclis in Aiace flagellifero. καλῶ δ' ἀρωγὸς ἢ ἀεῖτε παρθένους, ἀεὶ δ' ὀρώσους πάντα ἢ ἐν βροτοῖς πᾶθη σεμνὰς ἐεινυῖς. vnde ille adagium fecit hoc titulo: ἀεὶ παρθένοι ἐεινυῖς. Idem ex illo Sophoclis in Oedipo Colono: ἢ γὰρ ἐν ποτε πρώτισιν ὑμῖν ἀντέμωσ' ὁδὸν πορῶν νήφων ἀοῖνους. In quæ verba Suidas & Scholiastes:

νηφάλιοι θυσαίαι ἐν αἷσι οἶνον ἢ σπένδον, ἀλλὰ ὕδαρ μελιερατον· νηφάλια
 ξύλα τὰ μήτε ἀμπέλια, μήτε σύκινα, μήτε μύρανα, ἀλλὰ ἀπὸ τῶν δύμων &
 cætera. Ex his verbis fecit adagium Erasmus: Nephaliū sacrū
 & Nephalia ligna. Decepit eum quod hæc apud Suidam legis-
 set, non apud Sophoclem, aut quod Sophoclis esse non memi-
 nisset. Quod supra de ἡψετο & ἡψομαν annotauimus, vidit etiam
 Henricus Stephanus.

*Pro adagio, Anus locustæ, Parcæmiographum, anus hædus, vertisse, vel
 Anus Eriphus. Corrigitur Plutarchi codex.*

CAPVT XXI.

IN adagio, Anus Eriphus, videtur Erasmus secutus esse men-
 dosum Zenobij codicem, qui pro ζαῦς σείεφον habet ζαῦς ἔειφος.
 Tu ex Suida leges: ζαῦς σείεφος. Σπυλιόδωρος φησιν ὅτι ἐστὶ τις παροιμιώ-
 δης λεγόμενη σείεφια ζαῦς ἢ ἐν παρθενία ζεληεακίνα, οἱ δὲ ἀπὸ τῆς ἀκρίδος.
 τὴν γὰρ ἀρουραίαν ἀκρίδα κατὰ πνοὴν μάντιν κελομένην καὶ σικελίαν κελεῖδαν
 ζαῦν σείεφον ἢ ζαῦν σείεφον. λέγουσι δὲ ὅτι εἰ πνι ἐμβλέψῃς ζῶν κακὸν τι
 σκείνω γίνεσθαι. Quæ verba ita vertit Parcæmiographus: Anus hædus,
 Apollodorus ait anum quædam fuisse quæ dicta sit Eripha, quod
 in virginitate consenuisset, perinde quasi eadem & anus esset per-
 ætatem, & puella quod adhuc innupta. Sunt qui tradant locustā
 agrestem à nonnullis Mantin appellatam in Sicilia ζαῦν ἔειφον
 appellari. Aiunt autem quodcunque animal aspexerit, illi mali
 quippiam accidere. Suidas: ζαῦς σείεφον ἢ ἐν παρθενία ζεληεακίνα
 ἀπὸ μεταφορᾶς τῆς ἀρουραίας ἀκρίδος ἢν κελοῦσι ζαῦν σείεφον καὶ μάντιν.
 Plutarchus De industria animalium: ἢ μῦαν ἢ σείεφον ἢ γῆν ἐντερον.
 id est, Aut muscam, aut locustam, aut terræ lumbricum. pro quo
 vulgò perperam legitur, ἢ μανῆ σείεφον. vbi Interpres, vel ranam
 vel limacem. Haud scio an Aristophanes hanc bestiolam ζέεφον
 vocauerit in Vespis: οὐδὲ εἰ σέρφον διεδύναι. vbi Scholiastes: ὅτι ἐν
 ἔρημῃ πνέει τὸ εὐθεὶ κατιφαγῶν μύρτα καὶ σέρφοις ἐξηγῶν καὶ σέρφον.
 κρατῖν ἢ μύρμηκα φησὶ τὸν σέρφον. οἱ δὲ ζῶντων κωνοπόδες. ἀρ' οὐδ' ἢ
 παροιμία, ἐστὶ κέν μύρμηκα κέν σέρφον καὶ πτεροπόδα μὴδ' ἔστι μικρὸν κα-
 τιφρονεῖν. Idem in illud Aristophanis in Anibus: εὐθεὶ κατιφαγῶν
 μύρτα

μύρτα καὶ σέρφος πνέει. σέρφος σικελικῶδες ζῶντιον ἢ μύρμηκῶδες. ταῦτα δὲ
 νέμον ἢ τὰ ὄρνεα. νικοφῶν ἐν ἀφροδίτης γοναῖς. ἀπὸ ἐδίδε ταυτὶ τὰ ποιητὰ.
 ἀκρίδα. σέρφοις, ἴσως σικελικῶδες, ἀκρίδας, πάρροπος. Idem in illud eiusdē
 comœdiæ: σέρφον ἐνορχὴν σφαγιάζην. ἢ δὲ μύρμηκα σφαγιάζομένην. δῆλον
 δὲ ἐντεῦθεν ὅτι οὐχ ὡς οἴονταί τις ἀπὸ ἑρμα πὸ σέρφον. ζῶν γὰρ ἐστὶ μύρ-
 μηκῶδες. Aliud adagium Aruræa vates, quam Theocritus Cala-
 mæam vocat, vide apud Suidam, & Interpretem Theocriti in
 Idyllium decimum. Apud Hesychium etiam perperam legitur:
 ζαῦς ἔριφον & μάντιν pro μάντιν, cuius verba ad verbum descripsit
 Varinus.

Adagium βῶλ ἄρουραν, & Suidas emendatur.

CAPVT XXII.

Proverbum βῶλ ἄρουραν, Erasmus *Gleba arurum* est inter-
 pretatus non malè. Quia tamen ἄρουρα, vt Orus Apollo mensura
 terræ cubitorum centum, iuxta alios verò mensuræ est nomen
 continentis quinquaginta pedes, fortè non malè vertisset: Gleba
 aruram. Eustathius pag. 411. ἄρουρα ἐκ τῶν σπήλαιων αἰγυπτίων πάν-
 τη. Suidas autem ὅτι ἄρουρα πένδεκα ἔχειν, vbi ego ex Budæo in Asse
 dicente: Arura mensura 50. pedes capiens, vt inquit Suidas, le-
 gendū puto ἔχειν. id est, quinquaginta; atque, vt ego, legit Geor-
 gius Agricola, de mensuris agens. Iosephus libro 1. πρὸ ἀρχαῖότητος
 Ἰουδαίων. κατακλιθεῖναι δὲ εἰς Ἰσραὴλ ἄρουραν ἔχοντα μύριον τὴν πρῆμειστον.
 Paulò post apud eundem Hecatæus: περικεσσίας γὰρ μπειάδας ἀρουρῶν
 νέμον. Strabo libro 17. ἐλάχισται δὲ αἱ ἀρουραι μερίδες, inquit,

Defenditur Suida lectio contra Parcæmiographum.

CAPVT XXIII.

IN adagio, A Dorio ad Phrygium, putat Parcæmiographus hæc
 Suidæ verba mendosa: οὐ φανούμαι προγγύλον λογάεια, αὐταῖς δὲ τὰς
 δέσεις ἔστι νομιάτων εἰς μέσον πιδέμεν ἢ μόνον εἰ τῆς ἰλιάπτης τὸν τόνον ἀπὸ
 τῆς διαλέξεως εἰς ἄπλοστον μεταρμύσασμι ἀπὸ δωρίου φασὶν ἐπὶ φρύγιον.
 Hæc, inquit, tametsi difficile est aptè vertere, si nescias quid præ-
 cedat aut sequatur; tamen apponam diuinationem meam, donec
 locus occurrerit. Non videbor hominum rotundè loquentium

verbula, sed ipsos sensus in medium afferens, tantum non ipsius linguæ tonum à disputatione ad attentionē adaptauero. Quamquam apud Suidam legitur *μόνον εἰ*. Hactenus ille, existimans pro *μόνον εἰ* legendum esse *μόνον οὐ*. Facturus igitur hic mihi videor operæ pretium, si locum, cuius ignoratio tantum virum in errorem traxit, indicauero. Synesius ergo in encomio Caluittij: οὐ γὰρ καταμύρον τὰ πάτρια ἢ ἀγρόν, οὐδὲ φανοῦμαι προγγύλων λογάσεια πατριμια καὶ πατριόμια, ἀλλ' ὁ κράτιστον ἠγούμαι, καὶ ἀγροῦμαι πρὸς τρέπον, φίλας αὐταῖς ἢ γοιμάτων. ἰὰς φάσεις εἰς μέσον καταπέδμεν, ἀγωνιοῦμαι τοῖς πατρίμοισι, μόνον εἰ τῆς Γλώπης τὸν τόνον ἀπὸ τῆς διαλέξεως εἰς ἀπιστοφίην μετακρίνομαι ἀπὸ δευρίου φασίν ἐπὶ φρύγιον. id est, Non enim patriam agrorum consuetudinem pudore afficiam, neque videbor rotundans verbula, proœmia, atque modulos initiatorios, sed quod optimum iudico, & vel rustico in moribus positum est, nudas ipsas sensuum voces vel enuntiationes proponens contendam, vel pugnabo ipsis rebus, si tantum linguæ tonum à disputatione in reprehensionem transformauero à Dorio, vt aiunt, ad Phrygium. Rotundans vertedum fuisse ostendit etiam Henricus Stephanus. 1122. quæ Erasmus in eodem adagio vertit, Damascij sunt. vide Suidam in *ἄδρυμος*.

Lucretij carmen enarratum contra Pij sententiam.

CAPVT XXIV.

PIVS ille Bononiensis commentarios edidit in Lucretium, in quibus, cum alia, tum hoc carmen minimè mihi accipiendum videtur, vt ille existimauit:

Nec misera prodesse in tali tempore quibat,

Quod patrio princeps donarit nomine regem.

Vocem, princeps, nos hic idem valere putamus quod prima. Loquitur enim de Iphigenia quam Iphianassa vocat, quam primam prolem sustulit ex Clytemnestra Agamemnon, iuxta illud Euripidis, *πρώτη σ' ἐμάλεσα πατέρα καὶ σὺ πῦρ ἐμέ*. id est,

Prima te vocavi patrem & tu filiam me. Sic Ouidius:

Qui dederit princeps oscula victor erit.

Cæsar belli Gallici libro primo: Siue casu siue consilio deorum immorta-

immortalium, quæ pars ciuitatis Heluetiæ, insignem calamitatē populo Romano intulerat, ea princeps pœnas perfoluit. Horatius: *Libera per vacuum posui vestigia princeps.*

Voces Græcæ παράγγελμα & συσπλάζειν & ἀποσκήψαι aliter interpretata, quam hactenus consueverunt.

CAPVT XXV.

SUNT apud Ciceronem in epistolis ad Atticum dictiones Græcæ parum ex Ciceronis sententia explicatæ, nisi me animus fallit. Nam libro 5. epistola 14. Ex ea die si me amas, *παράγγελμα ἐνεαύσιον* commoueto. Quæ verba ista explicat Paulus Manutius, mandatum de annuo munere prouinciali incipito curare, ne scilicet mihi tempus prorogetur. Idem, quod mandatum de annua ad ministracione. Ego hic per *παράγγελμα* non mandatum, sed petitionem magistratus, vel diem comitorum intelligo, hoc enim plerumque Græcis significat dictio *πρόσγγελλειν*. Exempla huius significationis petere licet ex Budæi commentarijs. Veniamus nunc ad illud libri 2. epist. 17. *ὁμολογημένως πυρηνίδα συσπλάζειν*, quod idem Manutius interpretatur; sine dubio tyrannus construitur. Ego actiuè reddidero, affeclat tyrannidem siue dominationē. Demosthenes in notissima oratione *ἐπὶ σεφάνε* τί τὴν ἀβελαναισχίνην προσήμε ποιεῖν ὁρῶσαν τὴν ἀρχὴν καὶ τὴν πυρηνίδα ἢ ἐλθόντων ἐαυτῶν κατασπλάζόμενον φίλιππον. Dionysius: εἰδ' ἐαυτῶν πυρηνίδα κατασπλάζόμενον. Idem: οὐ γὰρ τὴν ἰθίαν ἀρχὴν ἐμαυτῶν κατασπλάζόμενον. Sed hæc testimonia ne quis rejiciat propter diuersam compositionem, attuli eiusdem Dionysij Halicarnassensis loca, vbi ille eadem compositione vsus est: τοὺς συσπλάζοντας αὐτῶν τὴν βασιλείαν. Et libro 8. ἐπὶ τῆς ἐπὶ αὐτῶν συσπλάζόμενης πυρηνίδος. In his exemplis licet *συσπλάζειν* voce media nusquam sit positum; non dubito tamen quin ita dici possit, tamen *κατασπλάζειν* est vsitatus. Cæterum quod vterque Manutius & Aldus & Paulus libri 12. epistola 4. illud: *πῶς ταῦτ' ἂν ἀποσκήψαι*; vertit, quoniam hæc modo excusabis? omnino mihi non placet, qui vertere maluissim: Quorsum hæc recident, redundabunt vel decubent, vel euasura vel eruptura sunt? ἀποσκήψαι, inquit Moschopulus, τὸ ἀπὸ ἔλου εἰς ἕν μέρος συναγάγει τὸ λαπούν.

αυτῶν. id est, à toto in vnam partem morbum siue malum colligi siue corriuari. Sic Dionysius Halicarnassensis libro 7. καὶ τὴν τῷ βρότου δημοκρασίαν εἰς μέγα τὸ κακὸν ἀποκίψεν οἰόμενοι. Item: βῆσα γὰρ εἰς ἑβρὺς ἀποκίψθη ἢ ἀδρανομίαις τῶν ἐκαστῶν τῶν πολιτῶν. id est, exit, euadit. Idem libro 9. ἢ τελευτῶσα ἀπέσκηψεν ἢ ἕως εἰς χεῖρας. Galenus libro 2. δεξασθῆναι πρὸς Γλαύκωνα. ὀνομάζουσι δὲ ἀποκίψματα τὰς διαδέσεις ἐπείνας ὅταν χυμοὶ πνευσι ἐνοχλοῦντες πρῶτον, ἑτέρω μορίῳ καταλιπόντες ἐκείνο εἰς ἕτερον μετασώσιν. Herodotus in Clío: νῦν δὲ ἀποκίψαντος τῷ ἐνυπνίῳ εἰς φλαῦρον αὐτοὶ τε θρασυόμενοι, ἢ σοὶ ἕτερον τοιαῦτα διακελεύμεθα. Dion libro 41. ἐλαττοῦντες ἐκείνοι εἰς τοὺς ἀντιστοιχίας σφῶν πάντα αὐτὰ ἀποκίψεν. Sentit mecum Henricus Stephanus, cuius propterea verba ascriptimus. Non ἀποκίψη legendum, sed ἀποκίψει, & vt illa, non hæc lectio reciperetur, alia quærenda interpretatio esset. Quis enim vnquam idoneus auctor ἀποκίψειδε pro excusare vsurpauit? Fac tamen in ea significatione positum reperiri: quorsum istud hic diceretur? Lege igitur ἀποκίψει, vt̄ dixi, cum minima quidem litterarum, sed cum maxima sententiæ commutatione. Nihil enim aliud dicit hic Græcè, quàm quod antea Latinè dixit, hæc quod sint eruptura timeo. Epistolarum ad Atticum libri 6. epistola prima, non procul ab initio legendum videtur: Is igitur respondebo χρύσεια χαλκείων, sic enim postulas. Sequitur enim in eadem epistola: Habes ad omnia non vt postulasti χρύσεια χαλκείων. Illud quod in eadem habetur epistola: ἦ γὰρ εὐ μέγ' ἐμῆ, ex Acharnensibus Aristophanis est. Repetuntur eadem verba libro 8. epistola 8. & Antoninus philosophus libro 7. pag. 81. eodem carmine vsus est.

LIBER

LIBER SEXTVS.

Castigantur Valerius Maximus & Appianus.

CAPVT I.

CAROLVS Sigonius annotans in Consules anni 612. vna opera duas fœdas maculas delet ex Appiano & Valerio. Valerius, inquit, libro 8. capite de testibus, Q. Pompeium Aufidiū vocat, libratorum, vt opinor, vitio, pro Auli filium; eadem que ratione Appianus in Hispaniensi κόντον πομπήιον αἴλον, pro αὐλῆ ἡδὲν vocat. Hactenus Sigonius: cuius castigationem confirmat manu descriptus noster Valerius, in quo ita reperio. In Q. Pompeium A. F. repetundarum reum acerrimè dicentibus testimonium non arrogata fides. quo loco impressi etiam malè habent, abrogata. Cæterum quod ad Appiani locum attinet, ego apud eum Græcè πομπήιον αἴλον inuenio, non αὐλοῦ ἡδὲν. ἢ τὰ δὲ μὲν ὁ σερουιλιάδος ἐργασάμενος ἐς ῥώμην ἀπῆρε διαδοξαμένον τὴν ἀρχὴν κόντου πομπήιον αἴλου. Et pag. 201. μέτελλε ἢ δὴ μετὰ χειμῶνα τὴν στρατιὰν κόντῳ πομπήιον αὐλοῦ διαδόχῳ τῆς στρατηγίας οἱ ἡγεμόμενοι παρέδωκεν. Vbi Cælius Curio: Metellus ad hiemis finem Q. Metello Aulo successori suo exercitum tradidit. Sed fortè Typographi culpa pro Q. Pompeio Aulo, Q. Metello Aulo impressum est. Venio nūc ad illud quod magis me mouet, quare illum Aulum vel Auli filiū vocauerint, cum creditus sit fuisse αὐλητῆ ἡδὲν, id est, Auletæ siue tibicinis filius, an quia consulari hoc fuit honestius? Scipionis ea de re iocum ex Plutarcho ideo hic ascripti: καὶ δὲ καλεῖται τῷ φιλάτῳ ἢ ἑταίρων ὑπατεύσαν μετῴντι συμπράξαν ἐπιρώπησε πομπήιον, εἰ ἢ αὐτὸς ὑπατεύσαν μετῴντι, εἰ δὲ οἱ πομπήιον ἡδὲν αὐλητῆ γεγονέναι. ἢ δὲ φησὶν ἢ μὴ μετῴντι, ἀλλὰ ἢ τὸν καίλιον συμπεισάξιν ἐπαγγελλόμενος ἢ συναρχαυρεσιάσειν, πσεύσαντες ἢ πσευμένοντες ἐκείνοι ἐξηπατήθησαν. ἀπηνεγγέλλετο γὰρ αὐτὸς ἐν ἀρχῇ πσεύων ἢ δολοῦμένους τοὺς πολίτας. ἀγανακτεῖντων δὲ ἢ ἄλλων ὁ σιωπῶν γελάσας, ἀβελτηρία δὲ, εἶπεν, ἢ μὲν καὶ ἡδὲν ἀπὸ αὐτοῦ μέλλοντες ἀλλὰ θεοὺς παρεκλεῖν παλάαι διατρέβομεν αὐλητῆν ἐνεμμένοντες.

Appianum nihil scripsisse de bello Viriathi, nisi quod Hispaniensi insertum est.

CAPVT II.

Cœlius Secundus Curio Appiani in bello Hispaniensi, Interpres putat Appianum separatim de bello Viriathino scripsisse, diuersa ab illis, quæ Hispaniensi bello inserta sunt, quod nos verum esse pernegamus. Cœlij verba sunt hæc: Mentionem quidē ipse Appianus facit in Hispaniensibus Siciliensis, & Annibalici, & Viriathici belli, quæ separatim posteritati tradidit. Ad tria hæc nondum reperta sunt, quæ fortassis etiam aliquando cum alijs in lucem prodibunt. Hæc Cœlius in epistola dedicatoria. Appiani verba sunt hæc pag. 193. versu 26. *καὶ μοι δοκεῖ τὸν ἐπειθεὶς πόλεμον σφόδρα τε ἐνοχλήσασθαι Ῥωμαίους, καὶ δυσεργότατον αὐτοῖς γινόμενον συναρᾶν ἀναθέμενον εἶπαι τῷ αὐτῷ χρόνῳ πρὸς Ἰβηρίαν ἄλλο ἐγίνετο.* id est, Visum est mihi Viriathi bellum, quod Romanis tum negocij multū exhibuit, tum difficillimum eis fuit, colligere, dilato si quid aliud eodem tempore per Hispaniam gerebatur. Cœlius hæc absurdè. Atque vt constat hoc bellum multum Romanos afflixit, fuit que ad extremum vsque perquam difficile & periculosum. Quin etiā si qui alius armorū motus nouus in Hispania exitit, illud vt diuturnius esset effecit. Est autem hoc initium belli Viriathici, definit que pag. 201. his verbis: *ὁ μὲν δὴ ἐπειθεὶς πόλεμος ἐς τὸ τοῦ ἐτελεύτα. ἐπαύεισι δ' ἐς τῆς ἄκκαίων καὶ νομαντινῶν πολέμων ἡ Σεραφί.* id est, Viriathi quidem bellum hunc habuit exitum. Redibit autem historia nostra ad Vaccæorum & Numantinorum bellum. Idem pag. 199. *τοσοῦτε μὲν δὴ βροῦτῳ ἐρησάμενον ἐς Ῥώμην ἀπέηξεν, καὶ αὐτὸς ἐς τὴν ἐπειθεὶς ῥεσφίην συνήγαγον, ἐν τῷ αὐτῷ χρόνῳ διὰ τὸν ἐκείνου ζήλον τῶν Ἀσπυρίων ἄλλων ἀρξάμενα γίνεσθαι.* id est, Hæc quidem cum Brutus gessisset, redijt Romam. Inclusi & illa siue redegi in historiam Viriathi, quæ ab illius exemplum secutis alijs latronibus, tempore eodem fieri cœperunt. Adfert hic causam Appianus, cur rebus Viriathi admiscuerit bella latronum, & quæ non sunt Viriathi. Cœlius putauit hic lectorem relegari ad aliam Viriathi historiam quæ non extet. Eius verba sunt: Hæc ego omnia in Viriathi historia explicauit. Iisdem temporibus eius exemplum alij quoque secuti, eiusmodi latrocinia exercere cœperunt.

Emendatur

Emendatur Athenai lectio ex Xenophonte, & vicissim Xenophontis ex Athenæo. CAPVT III.

Quàm utilis sit auctorum inter ipsos collatio, non semel iam expertus sum. Nam ea ratione facillimè si quid in alterutro aut vtroque deprauatum est, deprehenditur. Si enim illud Athenæi leorism legas, *σπαρτίας θεοδότης διδάσκων τὴν ἐλαίαν ὡς δεῖ τις ἐρεσθῆς σπολαύειν ὡς ξυνοφῶν παρῆσαν ἐν δευτέρῳ σπονημονομάτων.* τοιαῦτα γὰρ ποιεῖ αὐτὸν πρὸς ἀγγέλματα τῆς θεοδότη λέγοντα ἂ οὐτε νικᾷ ἢ σαρμία ἢ κελισφράτη ἢ λεσβία ἢ φιλανῆς ἢ λυκαῖνα, ἀλλ' οὐδὲ δ' ἀθλαῖαι. Πυθόνιμοσ συνεωρέεσσι πῶθεν δέληγισα. perperam ἐν δευτέρῳ legi pro ἐν τρίτῳ νόσεντις, nec pro σπολαύειν legendum esse ἀπελαύειν vel ἀποκλείειν. Xenophon autem hoc non obscurè docet libro 3. rerum Socratis memorabilium: *καὶ ὅτι, inquit, δεῖ τὸν μὲν ἐπιμελούμενον ἀσμένως ἐσοδέεσθαι, τὸν δὲ πρὸς τῶν σποκλείειν.* Hoc si animaduertisset quidam Athenæi interpret, non fuisset interpretatus, quo pacto amantes frui oporteat. Verte igitur, abigere, vel excludere. Vitium est etiā apud Xenophontem ἀναβάσεως Cyri libro 7. ex Athenæo castigandum. *ἀρμας δὲ τις, inquit, ἀεὶσ. ὄνομα φαγεῖν δένδρσ τὸ μὲν διαρίπτεσν εἰς χεῖρσν, λαβὼν δὲ εἰς τὴν χεῖρσ ὄσον τευχύνιμον ἄρτον.* Hoc Athenæus meliùs, qui διαρρίπτεσν habet, & τευχύνικον, id est, panè trium chœnicum, quod mensuræ est nomen. Romulus Amalæus satis habuit ingentem panem vertisse. Brodæus hunc locum non attigit. Paulo prius in eodem libro vbi Xenophon rectè: *καὶ τὸν θράκιον νόμον κέσεται οἴνου περὺ πνον.* Athenæus περὺ τνον, sensu non omnino inepto. Apud eundem libro 11. pro ἡρόδοτῳ δὲ ἐν τῇ τρίτῃ φωνίτῃ οὐ φησιν οἴνου κέσθον legendum φωνικίου ex Herodoti Thalia. Natalis malè in 3. Phœnica non vini cadum.

Indicatur lapsus Interpretis Diodori Siculi.

CAPVT IV.

CLARISSIMVS historicus Diodorus Siculus, bibliothecæ suæ libro 13. scribit quæ digna sunt visa, quæ à nobis explicètur, indignis modis ab Interprete accepta: *ἐμφέσαντο δὲ, inquit ille de Alcibiade, καὶ τοὺς εὐμολοπίδης ἄραι τὴν ἀράν ἢν ἐποίησαντο καὶ ἄλλε,*

T 2 καὶ ἄν

καὶ ὃν χαμρὸν ἐδεδξεν ἀσθεῖν ἀπὸ τῆς μωσῆου. id est, Deceuerunt autem vt Eumolpidæ Diras, quibus illum deuouerant, procurarent, auerterent, deprecarentur, reuocarent & imprecationes in preces conuerterent. Interpres: Nam, inquit, decreto sanxerant vt Eumolpidæ in aram irruerent, quam eius auctoritate exererat, quo tempore impius & à mysterijs profanus iudicatus fuerat. Plutarchus in Alcibiade: ἐψήφισαντο δὲ τὴν ὑσίαν ἀποδοῦναι αὐτῷ καὶ τὰς ἀρὰς ἀφοσιώσαντες πάλιν εὐμολπιδῆος καὶ κήρυκας αἷς ἐποίησαντο τῆς ἀνίμω πρὸς ἄξαντον. Quod autem ἄραν τὴν ἀρὰν dixit Diodorus, & ἀφοσιώσαντες Plutarchus: Pollux, τὸ μὲν τοι ἐπέθεσαν μένοις ἀναλύει τὴν ἀρὰν ἐπανερῶσαντες λέγεισι. βιαιότερον γὰρ τὸ ἀνεύξασθαι.

Victorius memoria lapsus. CAPVT V.

Ferè fit, vt quæ nos optimè scire putamus, ea ignoremus aut certè non meminerimus. Victorius enim lectionum suarum libri 4. cap. 20. Peccatū tamen, inquit, viderur esse scripturæ apud Plutarchum in Isocratis vita qui hoc tradidit. ibi namque ἄφορον perperam legitur. Nam in Polluce qui idem retulit, rectè legitur ἄφορον. Hæc ille, qui pro Hefychio Pollucem posuit. Nusquam enim apud Pollucem hoc inuenitur, sed apud Hefychiū, ex quo olim Plutarchum castigauit. ἄφορον, inquit, ἔφορον καλεῖται ὅτι δις ἐτέλεσε τὰ διδασκάλῳ ἰσοκράτει τῶν τῆς παιδείας μισθῶν. id est, Diphoros Ephoros Cumanus, quia bis pependit præceptori suo Isocrati institutionis mercedes. Eadem verba referuntur etiam in Varini Lexico. Volfius interpres Isocratis: Malim, inquit, legere ἄφορον interposito o tribus syllabis, ac si quis Latinè Afer dictus, per iocum *Bifer* appellaretur. Sed & Turnebus in iocos Ciceronis scribens: Sic Ephorum Isocrates cum altera mercede remissum à patre ἄφορον, id est, biferum dixit, annominatione vsus, & translatione à biferis arboribus sumpta, quale quoddam genus ficus est. Alciatus Parergon libri 9. ca. 9. Erasmi lectione & sententiam sequitur, quæ iam ab omnibus repudiatur atque exploditur.

Alter eiusdem lapsus. CAPVT VI.

Idem libri 17. cap. 8. dubitat an sagittarius ille, cuius meminit Manilius, Alcon vocetur. quare eius verba hic ascripsi. Non tamen

tamen nomē ipsius sagittarij illic apud Manilium ponitur. Quare si ira certò vocatum scirem, qui tam egregiè arcu vteretur, omnino hîc eum significatum fuisse putarem. Hæc Victorius, non ægrè, vt spero, laturus, si auctores hîc producam, qui nominatim illum Alconē vocauerint. Apollonius igitur Rhodius ἐὺμακλῆς τε φάληρος, ἄλκων μιν προσέειπε πατρὸς ἕως. Vbi Scholiastes: ἄλκωνα τὸν φάληρον πατέρα προσέειπε. φησὶν γὰρ ἐρεχθῆως. De Phalero & Alcone etiam Valerius Flaccus:

*Insequeris casus q. tuos expressa Phalere
Arma geris. vacua nam lapsus ab arbore paruum
Ter quater ardentis tergo circumuenit anguis.
Stat procul intendens dubium pater anxius arcum.*

Quinetiam Græcum extat epigramma libro 6. ad Getam auctorem relatum, nominatim huius mentionem faciens:

παῖδα πατρὸς ἄλκων ὀλοῦ σφίχθεντα δράκοντι
ἀδρήσους δειλῆ ἰόξον ἐκμυθε χερσὶ,
διπρὸς δ' ἐν ἀφάμρτε, διὰ στόματ' ὅδ' οἰσὸς
ἦῖξεν π' ἰδοῦ βαυδὸν ὑπὸ τῆς βρέφους.
παισάμεν' ὃ φόνου παρὰ δρυὶ τῆ δὲ φαρύγγει
σημα καὶ εὐτοχίης θῆκε καὶ εὐσοχίης. id est,
*Vidit ut implicitum puero Alcon anxius anguem
Intendit trepida cornua flexa manu.
Ora sagitta fera haud errans contorta penetrat,
Atque supra puerum constitit illa parum.
Victor ab hac pharetram quercu suspendit, haberet
Artis fortunæ q. vt monumenta sua.*

Dubium itaque non est, quin rectè Seruius, & Manilius de Alcone locutus sit hoc carmine:

*Quin etiam ille pater tali de sidere cretus
Esse potest, qui serpentem super ora cubantem
Infelix nati q. animam somnum q. bibentem
Sustinuit misso petere ac prosternere telo.
Ars erat esse patrem, vicit natura periculum,
Et pariter iuuenem somno q. morte leuauit.*

Acrotati regis nomen, Interpretum vitio sede sua motum, reponitur in locum suum apud Plutarchum.

CAPVT VII.

IN dictis Plutarchi, vbi maximè Agidis apophthegmata referuntur post *Ἰελευταίων*. i. vltimum eius nominis, sequitur ordine alphabetico obseruato *ἀκρότατ* Θ, id est, Acrotatus, proprium regis nomen. Regius interpret videns absurdum esse, si postremo alium posteriorem poneret, pro *ἀκρότατ* Θ vertit Idem. Alter interpret eundem planè esse, testatus est, cum nihil pro voce *ἀκρότατ* Θ posuerit. Ita factum est, vt quod Acrotati est apophthegma secundum putetur Agidis vltimi. *ἀκρότατ* Θ, inquit Plutarchus, *ἐπειὶ οἱ γονεῖς αὐτῶν ἀδύνατον πεισιν ἀξίωσιν αὐτοῖς ἡξίουσαν*. id est, Acrotatus rogantibus eum parentibus, vti sibi iniustam aliquam rem conficeret. Acrotati mentio fit apud Plutarchum in Apophthegmatibus Gyrtiæ in vita Agidis & Cleomenis in vita Pyrrhi, apud Pausaniam in Laconicis, & Athenæum in mentione Lacedæmoniorum, & alios.

De Epostracismo Pollucis & Minutij Felicis.

CAPVT VIII.

Describit Iulius Pollux ludi genus, quod etiam apud Minutium Felicem in Octauio reperi. Græci scriptoris hæc sunt verba: *ὁ ἐποστρακισμός ὄστρακον ἔστι θαλάσσιον κατὰ τὸ ὕδωρ Θ ὁππολὺς ἀφίστην, ἀειδμῶντες αὐτὸ ἵα πρὸς τὸ κατὰ δύναμι πηδύματα ἐν τῇ ὕδαρ τὸ ὕδαρ ἐπιδρομῆ. ἐκ γὰρ τὸ πηδύματι ἔστι ἀλμάτων ἢ νῆμα τὰς βέλων ἴ.* Latini auctoris verba sunt ista: Cùm ad id loci ventum est, vbi subductæ nauiculæ substratis roboribus à terrena labe suspensæ quiescebant, pueros videmus certatim gestientes testarum in mare iaculationibus ludere. Is lusus est testam terecem iactatione fluctuum lenigatam legere de litore, eam testam plano situ digitis comprehensam inclinam ipsam atque humilem quantum potest vndas irrotare, vt illud iaculum vel dorsum maris raderet, vel enataret, dum leui impetu labitur, vel summis fluctibus tonsis emicaret & emergeret, dum assiduo saltu subleuatur. Is se in pueris victorè ferebat, cuius testa & procurreret longius & frequentius resilliret. Eustathius etiam meminit his verbis: *ὄστρακον πλεῖστα ἐπιτεταμμένα ὑπὸ θαλάσσης*

*θαλάσσης πλεῖστα Θ καὶ τῆς ἐπιφανείας τὸ ὕδαρ ἢ ἐπιπέδοντα ἐπίστε πολλὰς ἕως ἀπονήσαντα δύνασι καὶ θαλάσσης ἡδύς ἢ ὑδαρ πρὸς τὸν ἴ. Apud Varinum malè *πλεῖστα* legitur, pro *πλεῖστα* Θ.*

Quid καρπῆς, & obiter quædam de καρπῶν & ραπίσματι. CAPVT IX.

Quid *καρπῆς* sit, qua voce ter vtitur Arrhianus in dissertationibus Epicteti, neminem hactenus vidi qui traderet. Dicitio videtur esse veteris iuris. *Ἦ λέγεις*, inquit, *πρὸς τὸτον τὸν δουλαγωγῶντά σε; ποῖον αὐτῶ καρπῆσιν δίδως*. Hæc ille libri 3, cap. 24. Idem eiusdem libri cap. 26. *καὶ λέγει γυμναζόμενος κατὰ μέραν ὡς εἰπέ μὴ ὅτι φιλοσοφεῖς, ἔγω φορητὸν τὸ ὄνομα, ἀλλ' ὅτι καρπῆσιν δίδως. τοῦτο γὰρ ἔστιν ἢ ταῖς ἀληθείαις ἐλάσσειν. Idem in eodem capite: λέγει οὖν ἴα ἀληθείας δέλε καὶ μὴ δραπέτῳ δέου τοὺς κυρίους, μὴ δὲ ἀπαρῆ, μηδὲ τόλμα καρπῆσιν δίδοναι τοσοῦτους ἔχων τῆς δουλείας ἐλέγχους. Tria hæc loca ita vertit Interpret, vt ex eius verbis facile colligere possis, illum quid *καρπῆς* significaret, nescisse. Quid porò cum illo qui te in seruitutē hanc coniecit disputas? quàm te exhibuisti ei fructuosum? Dum verò te sic exerceas quotidie, ita dixeris (vt apud nos solemus) nō equidem quòd incumbas philosophiæ, insolēs enim illud est vocabulum, sed quòd pensionarium te exhibueris philosophiæ, id enim reuera est libertas. Ergo quod verum est loquitor serue, & fugitiuus ne sis dominorum tuorum, ne recuses, imò ne in animum quidem induxeris recusare, quo minus te tributarium exhibeas, tot seruitij signis atque inditijs notatus. Hactenus Interpret. Ego omnibus his locis *καρπῆσιν* puto significare, assertorem vindicem vel manumissorem, ex his verbis vetustissimi Grammatici Charisij. Vindiciæ *καρπίσμα*. Terullianus in Valentinianos, quæ & crucem appellant & Lytrotē & Carpisten, Epiphanius in eosdem: *ἐν ταῖς ὀνόματ' ἔστι ταῦτα, καρπῆς, ὀροδέτης, χρεισίει Θ, ἀρετ Θ, μεταγωγῆς*. Idem: *καὶ ἢ τὰ ὄρου καὶ σύλου καὶ λυβωτῶ καὶ καρπῆς*. Rhenanus fructificatorem interpretatur. Idem malè *μεπειδ* legit, & *moderatim* interpretatur, cum *μηπειδ* i. maternus legendum sit ex Theodoretō & Epiphanio. Ad hæc vbi ille *αἶνος*, id est, laus legit: Epiphanius *αἶνος* habet, *καρπῆσιν* meminit Clemens*

Clemens Alexandrinus libro *σρωμάτων* ζ. κ. τὰ παρὰ *σρωμάτων*, ἐστὶ τὸ διαδμητῶν γίνεσθαι τὰξιν εἰληχε τὰ δια δημοσύνῃς ἐκείνα ζυγὰ κ. ἀσάκια κερπυροὶ τε κ. αἱ σὺ δ' ὅτων ἐπιχάουσι, τὰ μὲν γὰρ ἵνα δικαίως γίνῃ, τὰ δ' εἰς τὴν τῆς ἱμεῖς μείωσιν. Vbi Interpres fructuum perceptiones vertit, quod non placet. Nescio an à martus carpo dicta sit vox potiùs, quàm à fructu. Nunc *σρωμάτων* pauca attexam. D. Basilii in oratione De baptisinate, & Simeon Logotheta De penitentia : ἦπου κ. ῥάπισμα τὴν ἑλδεταιάν σὺ δ' ἔλων πηγήν ἕπερ ἴης μετὰ ταύτα σὺ αἰκισμῶν ἀπαλλαγῆς κατεδέχε. Nannius noster. Vt filiusfamilias intelligeret se in emancipando quasi vere vendi seruum q. fieri, verberabatur ab emptore, quam iniuriam Iustinianus in Codice suo *σρωμάτων* appellat.

Tò *χεῶν* quid significet, & qui in eo fuerint lapsi.

CAPVT X.

Quid *χεῶν*, quidq; de eo præceperint Suidas, Moschopulus & Arsenius; non alienum duxi huic capiti inferere. *χεῶν*, inquit Suidas, τὸ εἰμυμένον τέλθ ζωῆς. Αἰλιανός· ἐπεὶ δ' εἰς γήρας ἀφίκετο τὸ κοινὸν ἢ πεπωμένῃ *χεῶν* ἐξέπεσε, κ. ἴης προσηκούσης κηδύσεως ἐτυχε. τὸ δὲ *χεῶν* μετοχή δὲν ἀπὸ τῆς *χεῶ* χεῶ χυόμενον οὐδέτερον χεῶν· ὡς δὲ πη δὲ παρηνολέθησε τὸ τόνου, κ. κατ' ἀπὸ τὴν ἐπιτασιν ἐβάπη τὸ αἰς ω, κ. ἐστὶν ἀκλιτον. τὰ δ' εἰς ἂν ἐπιρήματα δια τῶ ο μικροῦ χεῶρεται, πλὴν τῶ *χεῶν* κ. ἐπιποδών. hæc tenet Suidas: Simile illi quod ex Æliano attulit Suidas, est illud Euripidis: τὸ τοι *χεῶν* οὐκ ἐστὶ μὴ *χεῶν* ποιεῖν. Item, illud eiusdem in Iphigenia Taurica: τὸ γὰρ *χεῶν* ζού τε καὶ θεῶν κρατεῖ. Idem alibi dicit: τοῖς πᾶσιν ἀνθρώποισι κατὰ δανεῖν μένει, κοινὸν δ' ἔχοντες αὐτὸ κοινὰ πάσχομεν πάντες· τὸ γὰρ *χεῶν* ἢ τὸ μὴ *χεῶν*. Plutarchus in Demetrio: καὶ ταχὺ τὴν χυομένῃς ἀντηρόνθ ὅψιν ἕπερ ἐυτῆ διετέλε τὸ *χεῶν*. Idem in Pyrrho: τὸ δ' *χεῶν* ἦν ἀφουλον. Pausanias ἐπιλαμβάνει αὐτὸν τὸ *χεῶν*. id est, mors illum corripit, vel occupat. Iosephus in octauio Originum: ἐνίκα γὰρ οἶμαι τὸ *χεῶν*. vincebat enim opinor fatū. Vbi Ruffinus, arbitror illud quod immineret. Idem εὔρε δ' αὐτὸν τὸ *χεῶν* καὶ ἀλχα τῶ χημάτων. Interpres vetus: Etiam præter habitum regium quod debebatur euenit. Suidas in voce Ἰόνος de morte Alexandri Moloffi: κ. γνῶς ὅτι ἀρε τὸ *χεῶν* ἐπιπέδησται.

Dionysius

Dionysius Halicarnassensis: ἕως εἰς τὸ *χεῶν* μετέστη. Strabo in primo: ἡνίκα μίδαυ αἰμα ταύρου πόντα φασιν ἐπεκλεῖν εἰς τὸ *χεῶν*, id est, vt re & Cælius, adisse fati diem, non sine reprehensione Interpretis, qui vertit: cùm Midas tauri cruore epoto ad versuram vsque faciendam abijt. Synesius: εἰ μὴ τὸ *χεῶν* ἐφθασεν. Lucianus de sectis: τὸ *χεῶν* ὅπως κατὰσάσει λαβόμενον τῶ ποδός. Strabo: ἐκείνου δὲ ὡς χυομένησθ· εἰς τὸ *χεῶν*. vbi Interpres: cùm ille vt oportuit concessisset è vita. Sic Pausanias sæpè. Plato in Axiochio. ὅπως ἀστενακτῆς τὸ *χεῶν* ἦν. Memnon Heracleota, de morte Satyri Heraclia tyranni agens: ἀλλὰ συχναῖς ἡμέραις ἢ πικρὸν κ. βαρεῖα κατὰδραπανώμενον νόσθ ἕτως ἀποτίσαι τὸ *χεῶν*. Suidas in voce σερβηαιανός. ἐξήγη δὲ αὐτὸν ἀρε ἢ εἰμυμένῃ κ. τὸ *χεῶν*. Sed de *χεῶν* in recto minùs fortè mirandum, quàm de τὸ *χεῶν* & τῶ *χεῶν*, de quo nunc agemus. Moschopulus: τὸ *χεῶν* ὅτε μὲν μετ' ἀρθρου ἴδεθ ὄνομά δὲ μονόκλιτον, χωρὶς δὲ τῶ ἀρθρου ἐπιρήματα, *χεῶν* γὰρ δὲ τὸ δὲ π γνέσθ λέγμεν. ἀμεινον δὲ αὐτὸ λέγειν ὄνομα ἐπιρήματικόν. καὶ εὐεπισίδης. οὐδ' ἐστὶ μοίρας τῶ *χεῶν* ἀπαλλαγῆ δὲν (inquit Arsenius hunc Euripidis versum ex Hippolyto explicans) τῶ δ' ἐόντθ· κ. μειωραμένῃ κ. ἀνακλίε. τὸ δ' *χεῶν* μετοχή δὲν ἐπιρήματικὴν σύνταξιν ἐρουσα. Euripides in Hercule furente: εἰδ' ἦρας ἕπερ κέντρους δαμασθεῖς εἴτε τῶ *χεῶν* μετὰ. Idem apud Stobæum: ἰάμοις δ' ὅσοι ἀπεύθουσι μὴ πεπωμένους μιάτιν πονούσι, ἢ δὲ τῶ *χεῶν* πῶσαι μένουσα κατὰσάσεισθ· ἦλθεν εἰς δόμοις. Iosephus in 8. Originum de Basane agens: ἐρτάθη ἕπερ τῶ *χεῶν*, id est, fato occupatus est, à morte præuentus est. Ruffinus, interemptus enim est à Creone. Mox: λογίζεσθ πάλιν ἐκ τῶ χυομένων περὶ τὸν βασιλέα, συχάζομένους προσηκῆ ἴην τῶ *χεῶν* ἰαχύν. id est, Fati potentiam considerare par est ex eis quæ regi acciderunt. Interpres: Et cogitandum ex his quæ Regi prouenerunt, quia quod debetur. Idem in sexto ἀλώσεως. μὴ διδόναι ταῖς χεῖμας ὅ τῶ *χεῶν* ἀποδώσομεν. id est, Nō dare vñbus quod fatali necessitati reddemus. Interpres: Negare vsui quod debito redditurus sit. Dionysius Halicarnassensis: ἕπερ τοῦ *χεῶν* αὐτῶ κ. ἴης ἀπαντα τὰ θνητὰ σρωμάτων ἐπιποσέσης ἀλχης ἐξηλέγησθ ἀναμφοισθητῆτοις τεκμηρίοις. Appianus Ciuilium libro 3 ἡπηνόμενον δὲ νῦν ἀντωνίε κ. ἰρτίου τεθνεώτθ· καὶ μετὰ τῶ *χεῶν* ἀπαρόντθ. Synesius: κ. γὰρ ἢ τῶ ἰαβῶν τέχνη τὸ μὲν ἀποθανεῖν ἀνθρώπων ἐπεὶ δὲ φύσις δὲ οὐ κατὰπᾶξ καλύει, ἐμποιεῖ δὲ πνα διαπεσθῆ τῶ *χεῶν*. Budæus in epistola:

V stola:

stola : τῆ χρεῶν ἢ μίρας ἀπλλαγή. Plura de hac voce vide apud Eustathium . Antoninus philosophus : τὸ χρεῶν ἐσθήρηται ἕως ζῆς, libro 4.

Defensa vetus lectio D. Hieronymi in Chryside.

CAPVT XI.

LIBRO aduersus Iouinianum primo apud D. Hieronymum Chrysis rectè legitur, nec est Chryleis legendum, vt quidam arbituratur, vt de Chrylæ sacerdotis Apollinis filia intelligatur, tam etsi ita legatur apud Pausaniam in Corinthiacis : κατεκείθη δὲ, inquit, τὴν ἱερίαν τῆς Ἥρας χρυσίδα ὑποκαταβώντῃ, ὅτε δὲ λυγρῇ ἤσθ' ἑσφαναμάτων ἠπῆτο, ἢ χρυσὸς μὲν ἀπιδύσασα ἐς τέγμαν (ita enim lego ex primi Herodoti his verbis : ἐν τέρῃ περὶ τὸν ἰνὸν τῆς ἀλέης ἀθηναίης non ἐσέχασα) τὴν ἀδίωκάν τὴν ἀλέαν ἐκέλευεν ἀρῆεῖν ἢ καὶ φεῖ κακοῦ πηλικύτε παρόντῃ σφίσει τὴν εἰδοίαν οὐ καθεῖλον ἢ χρυσίδῃ. Omnibus his locis non χρυσιδά, χρυσίς, & χρυσιδῃ, sed legendum, χρυσίς χρυσιδῃ, χρυσίδα, vt de Chryside sacerdote Iunonis Argiua intelligatur : auctores habeo Thucydidem in 2. & 4. Clementem Alexandrinum & Arnobium ἐπὶ χρυσιδῃ ἐν ἄρξει τότε πεντήκοντά δυοῖν δέοντα ἐπὶ ἱεραμένους, inquit Thucydides in 2. Idem in fine 4. ἢ ὁ νεὸς τῆς Ἥρας τῆ αὐτῆς δέρας ἐν ἄρξει κατεκείθη χρυσιδὸς τῆς ἱερείας λυγρον ἴνα δέσιος ἡμμένον παρὸς τὰ σέμματα ἢ ἔσκατε δερθύσιος, ὥστε ἐλαθεν ἀφέντα πᾶντα ἢ καταφλεχθέντα, ἢ ἢ χρυσίς ἢ εὐδύς ἴης νυκλὶς δέσεισαι τοὺς ἀργείους ἐς φλίοντα φεύγει. id est, Templum quoque Iunonis eadem astate apud Argos deflagrauit Chryside sacerdote, cūm lucernam quandam ardentem coronis apposuisset, illic ita soporata, vt incensa omnia atque flagrantia non sentiret, propter quod Argiuos verita protinus in Philiuntem nocte confugit. Clemens in Protreptico : οἶδα ἐγὼ πῦρ ἐλεηλίμων ἢ δεισιδαιμονίας ἰαπκόν, εἰ βέλῃ παύσαιδῃ τῆς ἀνοίας φασταγωγῆσαι σε τὸ πῦρ. ἔστο τὸ πῦρ ἢ τὸν ἐν ἄρξει νεῶν ζῦν ἢ τῆ ἱερεία κατέφλεξεν χρυσίδῃ, ἢ τὸν ἐν ἐρέσφ τῆς ἀρτέμιδῃ, δεύτρων μετὰ ἀμαζόνιας, καὶ τὸ ἐν ῥώμη καπιτώλιον ὀπιανέμματα πολλάκις. οὐκ ἀπῆχτο δὲ οὐδ' ἐπὶ ἐν ἀλλοξάνδρων πάλαι σαρὰπιδῃ ἱεροῦ. ἀδύνησι γὰρ τῶ δονύσαι πῆ ἐλάδερως κατῆρεν τὸν νεῶν. Arnobius libro 6. Cūm Capitolium tories edax ignis absumeret, Iouem que ipsum Capitolinum cūm vxore corripuisset ac filia: Vbinam fulminator tempore illo fuit, vt sceleratum illud arceret incendium, & à pestifero

ro casu

ro casu res suas ac semet & cunctam familiam vindicaret? Vbi Iuno regina cūm inclytū eius fanum sacerdotem que Chrysidem eadem vis flammæ Argiua in ciuitate deleret? Vbi Serapis Ægyptius cum consimili casu iacuit solutus in cinerem cum mysterijs omnibus atque Iside? Vbi liber Eleutherius? cūm Athenis. Vbi Diana, cūm Ephesi?

Parodia quid, & eius aliquot exempla. Item de adagio Lens demon, sequidem adagium est, vt quidam videtur.

CAPVT XII.

TURNEBVS in locos Ciceronis scribens : παροδία, inquit, est, cūm versum paulum immutamus, aut ad versus poetæ nobilis similitudinem versum condimus, vt ad imitationē versuum Homeri Hegemon Thasius poemata totum (vnde Parodus poeta appellatus est) & Matron apud Athenæum, cuius ex his versibus quid parodia sit, facillimè intelligi poterit :

ἢ πτωδὸν εἶδον γαίης ἐλευδῆῃ ὑδὸν
κέιμενον ἐν λαχάροισ' ὀδ' ἐπ' ἐννεά κείτο πρᾶπέζας.

Sunt enim ad illos Homericos expressi :

ἢ πτωδὸν εἶδον γαίης ἐλευδῆῃ ὑδὸν
κέιμενον ἐν σαπέδφ, ὀδ' ἐπ' ἐννεά κείτο πᾶλεδρα.

Hactenus Turnebus. Non minùs autem festiua est eiusdem ad eandem versum alulio ; quàm libro 4. ponit : ἢ πτωδὸν εἶδον λίμης ἐλευδῆῃ γόγγρον κέιμενον ἐν λοπάδεσ' ὀδ' ἐπ' ἐννεά κείτο πρᾶπέζας. Iacūda quoque est illa parodia, à nemine quod sciam hactenus obseruata, apud Athenæum in 4. libro, vbi in lenticulæ mentione Diitrephes similiter mutat Euripidis in Medea versum :

ζεῦ μὴ λάθει σε ἤσθ' ἂν δὲ αἴτη ἢ κηκόν,

in hunc ζεῦ μὴ λάθει σε ἤσθ' ἂν δὲ αἴτη ἢ φεικόν, & in alium sensum detorquet, vna duntaxat littera mutata. Erasmius in apophthegmatibus ignorauit cuius esset hic versus, quippe qui scripserit tantum esse ex tragœdia quapiam, nec auctore nec tragœdia indicata. Idem ex eo quod continuò sequitur, φακὸς σε δάμικον καὶ φακὴ ἴνχη λάθει, facit adagium. Ego contra puto & hunc versum ridiculè, & παροδίαν ab Euripide acceptam & immutatam, vt Euripidis fuerit iste versus :

καὶ σὲ δαίμων καὶ κακὴ τύχη λάβοι.

Tametsi hunc versum apud Euripidē nondum inuenerim, quod mirum non est, cum tot illius tragœdias amiserimus. Est eodem loco & alia, ni fallor, parodia in dictione φασι, id est, aiunt, in φακὴν commutata. Adducit enim hunc prouerbiasem senarium, ἑλλήν μὲν ἐξέλυτοῦμεν ἡδ' ἐπεισρέζ. Referunt Zenobius & Erasmus in adagio, *Influit quod exhauriunt*. Totus Athenæi locus est hic, καὶ τὴν μὲν ἐξέλυτοῦμεν φακὴν ἡδ' ἐπεισρέζ. εἴτα πάλιν φακοὶ περισπνέ-
χθησαν ὄξυ βαβρεῖ μένοι, καὶ ὁ διστραφὴς δραξάμεν ἔρη,
ζεῦ μὴ λάβοι σὲ ἦν δ' ὅς εἴτι φακῶν.
καὶ ἄλλ' ἐξεβόησε.

καὶ σὲ δαίμων καὶ κακὴ τύχη λάβοι.

Constat autem primus versus, si φακὴν velut φασι per parenthesin legamus. Argutum est illud quoque Eubœi Parodi, cuius meminit Athenæus lib. 15. καὶ δὲ τῷ λοιδορουμένου κούρεως τῷ κεραμῆ-
τῆς γυαυῆος χάεν.

μὴ τε σὺ τὸν δ' ἀραδύσασε ἐὼν διαύρεο κούρλω,

μὴ τε σὺ πηλείδην. id est, De tonsore autem conuicij in-

cessente figulum mulieris gratia per parodiam accommodauit Homericos versus (libri Iliados primi quibus Nestor orat Agamemnona, ne puellam Briseida auferat ab Achille, & Achillem ne contendat cum rege) suo proposito: Neque tu ab hoc, inquit, tametsi strenuus sis, auferas eouren (media voce ludens inter puellam & tonsuram) Neque tu Pelide, quæ vox & Pelei filium Achillem, & ἀπὸ πηλοῦ, id est, à luto figulum significat. Nam, vt Interpres quidam Athenæi est interpretatus, hæc nemo faciliè intellexerit, cuius hæc sunt verba:

De tonsore mulieris gratia à figulo reprehensō

Nec tu cesariem cadas, huic optimus ut sis,

Nec tu Pelides.

Explicatur locus Plinij. CAPVT XIII.

Locvs est apud Plinium libri 15. capite 19. obscurissimus, ei præsertim qui Ciceronem eadem de re non legerit. Ex hoc genere, inquit Plinius, de ficubus agens, sunt vt diximus coctana, & caricæ

& caricæ, quæque conscendenti aduersus Parthos omen fecere M. Crasso venales prædicantis voce Caucæ. Nunc eadem de re audiamus Ciceronem libro De diuinatione 2. Cum M. Crassus exercitum Brundusij imponderet, quidam in portu caricæ Cauno aduectas vendens, Cauneas clamitabat. Dicamus, si placet, monitum ab eo Crassum, caueret ne iret. Ioachimus Camerarius in Plautum & versus comicos scribens: Contractio, inquit, syllabarum crebrior est, & apparet fuisse linguam Latinam magis aptam ad voces cogendas, quam distrahendas. Hoc illud etiam indicat quod retulit Cicero libro 2. De diuinatione: Cum M. Crassus exercitum Brundusij imponderet, quidam in portu caricæ Cauno aduectas vendens, Cauneas clamitabat. Dicamus si placet monitum ab eo Crassum, caueret ne iret. Sonuisse enim apparet illud, Cauneas, contractum hoc, Caue ne eas. Hactenus Camerarius. Dicti ambiguitas in eo est quod & Latine accipi potest. Caue ne eas dixisse, & Græcè, Cauneas ficus venales habere. Animaduersione & hoc fortasse dignum, Græcos tum æν diphthongum pronunciasse vt α, quemadmodum etiam hodie solemus. Sipuntinus pontifex hoc etiam animaduertit in Cornucopia.

Αἰῶραι quid Græcis, obiter q. castigatus Athenæi & Pollucis locus.

CAPVT XIV.

Quicquid Sernius & Probus scribunt de feriis quibusdam rusticis enarrantes illud Maronis,

Oscilla ex alta suspendunt mollia pingu.

pulchrè mihi quadrare visum est in Atheniensium αἰῶρας siue εἰῶ-
ρας. De quibus Athenæus, Pollux & alij. ἦν δὲ, inquit Athenæus libro 14. καὶ ἐπὶ ταῖς εἰῶραις. τις ἐπὶ ἠερόνη ἦν καὶ ἀλήτην λέγουσιν ὁδῆ. ἀε-
σοτέλης γούν ἐν τῇ κολοφωνίῳ πολιτείᾳ φησίν. ἀπέθανε δὲ καὶ αὐτὸς ὁ θεῖος
ῥ' ὕστερον βιαίῳ θανάτῳ. λέγεται δὲ ἡλυθῆν τευφῶν τις ὡς ἐν τῆς ποιήσεως
δῆλον ἐστίν. ἔπ γὰρ καὶ γούν αἱ γυαυῆες ἀδουσαν ἀπὸ μέλην περὶ τὰς εἰῶρας.
Legimus autem apud Athenæum ἀλήτην non ἀλλῆτην ex Hygino
& Hesychio in vocibus ἀλλῆτης & αἰῶρα, cuius etiam verba ne quis desideret, hic adiecimus: Αἰῶρα ἑορτὴ ἀθήνησιν ἦν οἱ μὲν ἐπὶ τῆς ἀλλῆ-
την

Ἰουραίνης δὲ ἕνεκα φασίν, οἱ δὲ ἐπὶ κλυτημνήστρας ἢ αἰγίδου, οἱ δὲ ἐπὶ ἡεροῦνη
τῆ ἀλάτιδι τῆ ἱεράου. Quod autem naauerimus hic legere, *Ἰμὴ ἀλέα*
quàm *τημαλέα*, vt legitur in Hesychio, vel *Ἰμαλέα* vt in Fauorino,
nemo, opinor, improbabat. Vocat idem Fauorinus has ferias *εὐ-*
δειπνον in voce *αἰώεα*.

Castigandus est obiter Pollucis ea de re locus, apud quem per
peram *ἄραεις* nunc legitur, pro *ἑώραεις*. ἦν δὲ, inquit, *ἢ ἀλλοτὶ ἄστια*
ταῖς ἑώραεις *προσκαθόμενον* *θεοδώρου* *παίμμι* *τῆ* *καλοφαιρίου*. Libri quarti
capite septimo Gyraldus Lilius de poetis, In quattuor anni par-
tibus, interpretatur. Alter quidam Interpres: Erat, inquit, &
aliud carmē Horis dedicatum. Ego interpretarer: In Oscillorum
suspendijs. Hyginus in Arctophylace: Cū in finibus Atheni-
ensium, sine causa multæ virgines suspendio sibi mortem consci-
scent, quod Erigone moriens erat precata, vt eodem letho filiae
Atheniensium afficerentur, quo ipsa foret obitura, nisi Icarij
mortem persecuti, & eum forent vlti. Itaque cū id euenisset,
petentibus eis Apōllo dedit responsum, si vellent euentu libera-
ri, satisfacerent Erigonæ. Qui, quod ea se suspenderat, institue-
runt, vt tabula interposita, pendente funibus se iactarent, vt qui
pendens vento mouetur, quod sacrificium solenne instituerunt.
Itaque & priuatim & publicè faciunt, & id Aletidas appellant,
quod eam patrem persequentem cum cane, vt ignoram & solita-
riam oportebat, mendicam appellabant, quam Græci *ἀλλήτιν* no-
minant. Germanici commentarius hac in parte mendosus est.
Cū, inquit, Athenas pestilentia opprimeret, ex oraculo respon-
sum est, cessaturam pestilentiam, si per annos singulos de frugibus
& vindemia Icario & Erigonæ primum delibaretur, quod
factum est ab Atheniensibus, qui diebus festis institutis aras con-
stituerunt, ideo quia illam peudentem aspexerunt, quod est apud
Græcos ex eo factum est, vt soli oscillo iactarentur ho-
mines. Hic pro aras, constituerunt legendum *αἰώεα*, & vbi
Græca vox defecit, supponenda dictio *αἰωρεῖδης*. Eustathius pag.
339. & Varinus in voce *ἡερέδεδης* *ὅτι δὲ κρείον ἔστιν ὄνομα ἢ αἰώεα* *γυ-*
νευκὸς ἀπαρχαμένης, καὶ δευτὴ ἀπαρχαμένης τὸ Ἰοῦ πύστυριον *δὴλοῖ τὸ*
λεξικόν.

De Ioue

De Ioue lapide repurgatus Polybius.

CAPVT XV.

Ludouicus Cælius in mentione adagij, Iouem lapidem iura-
re, adducit Polybij locum deprauatū, nimirum vt eum pontifex
Sipuntinus Latinum fecerat. Quare visum est nobis hic Polybiū
prius castigare, atque eum iterum Latine interpretari. Ἰδὼν ὃ ὄρκον
ἠμύειν ἔδει τοῦτον, ἐπὶ μὲν ἧστ' ἀρώτων συνθηκῶν κερχιδόνιος μὲν τὸς θεὸς
τὸς πατρώους, ῥωμαίους ἢ δία λίδον κατὰ Ἴι παλαιὸν ἔδω. ἐπὶ ὃ τούτω τὸν
ἀρην ἐνυάλιον. ἔσι ὃ τὸ, δια λίδον, τοῦτον. λαβὼν εἰς τὴ χεῖρα λίδον ὃ ποιήμῃ
τὰ ὄρκια περὶ ἧστ' συνθηκῶν, ἐπειδὴν ἠμύση δημοσίῃ, πῶς τε λέγει τὰ δε. εὐορ-
κῆντι μὲν Ἴ ἀγαθὰ, εἰ δὲ ἄλλως δεικνυμένῃ τι ἢ ἀράξαιμι πάντων ἧστ' σω-
ζομένων ἐν ταῖς ἰδίας πατρίαν, ἐν τοῖς ἰδίοις νόμοις, ἐπὶ τὸ ἰδίων βίων, ἱεράν,
Ἰάσαν ἐγὼ μόνω ἐκπέσοιμι ἕτως ὡς δεδωκεν ῥῆν. ἢ τὸ εἰπὼν ῥήσῃ τὸν
λίδον ἐκ τῆς χειρὸς τῶν δὴ τοῦτων ὑπαρχόντων ἢ περιμένων τ' συνθηκῶν
ἐπὶ ῥῆν ἐν χαλιώμασι παρὰ τὸν δία τὸ κεπτώλιον ἐν τῷ ἀρρηθρόμῳ ταμείῳ.
id est, Iusiurandum autem concipiendum erat tale: In primo qui-
dem fœdere Carthaginiesibus per deos patrios, Romanis per Io-
uem lapidem iuxta quendam veterem ritum, ad hæc per Martem
& Euyalium. Est autem iusiurandum per Iouem lapidem huius-
modi. Facialis sumpto in manum lapide data per iusiurandum
fide publica hæc verba dicit: Si bonæ quidem sim fidei, bona mihi
eueniāt, sin aliter, quid aut cogitauero aut fecero, omnibus alijs
saluis in suis patrijs, in proprijs legibus, suis in bonis sacris &
monumentis ego solus exulem, sic vt nunc hic lapis: & hæc locu-
tus abijcit lapidem è manu. Cætera ex interprete petes. Titus Li-
uius libro 30. Faciales cū in Africam ad fœdus ferendum ire
iuberentur, ipsi postulantibus senatusconsultum in hæc verba
factum est, vt priuos lapides silices, priuas que verbenas secum
ferrent. Idem libro 31. Ea que rata scirent fore, agnum læua ma-
nu, dextera silicem retinens, si falleret, Iouem ceteros que preca-
tus deos ita se mactarent, quemadmodum ipse agnum mactasset,
& secundum precationem caput pecudis saxo elisit. Idem libro
primo: Si prior defexit publico consilio dolo malo, tu illo die
Iuppiter populum Romanum sic ferito, vt ego hunc porcum ho-
die feriam. Festus: Lapidem silicem tenebant iuraturi per Io-
uem, hæc verba dicentes: Si sciens fallo, tum me Diespiter
salua

salua vrbe arce que bonis eiciat, vt ego hunc lapidem. Hæc Festi verba secutus Sigonius legit apud Liniuum, pro, tu illo die Iupiter, tum me Diespiter. Interpres Polybij bis διὰ λίθου legit, pro διὰ λίθου, id est, per lapidem, pro, Iouem lapidem. Plutarchus in Sylla: ὁ δὲ ἀναβάς εἰς τὸ καπιτώλιον ἔχων ἐκ τῆς χειρὸς λίθον ἄμυνεν. εἴτα ἐπέθεσάμην ὁ ἑαυτοῦ μὴ φυλάττοντι τὴν πόλιν ἐκείνον εὐνοίαν ἐκπέσειν τῆς πόλεως ὡς περὶ ὁ λίθος διὰ τῆς χειρὸς κατέβαλε χαμάζε τὸν λίθον.

De primo, secundo & tertio pedatu, & eadem opera emendatur Plantinus locus.

CAPVT XVI.

NONIUS in voce Pedato. Pedato, inquit, positum pro repetitu vel accessu quasi per pedem, sicuti nunc vulgo dicitur tertio pedato. Cato Originum lib. 1. Igitur tertio pedato bellum nobis facere. Idem in dissuasiōe de fœneratione: Tertio autem pedato item ex fœnore discordia excresecbat. Charisius primo pedatu. Cato senex: In his duobus bellis alteras stipendio agrique parte multati, alteras oppidum vi captum, alteras primo pedatu & secundo, vt notat Maximus, hodie que nostri per Campaniam sic loquuntur. Hactenus Charisius. Ex his Nonij & Charisij verbis nos castigamus Plauti in Cistellaria locum, vbi sic vulgo legitur. Et equidem herclè nisi perdam te tertio omnes efflixero. Hic Camerarij exemplar, perdatu, habet. In hanc vocem annotas idem: *Quæ* reperimus, inquit, in nostro libro, ea iussimus exprimi. Et si illud perdatu quale dicam esse, & an credam hoc nomen in significatione perditionis ita finxisse Plautum, nescio. Sed malui relinquere dubium lectorem linguæ Latinæ & Plautinæ lectionis studiosum, quam falsâ mutatione securum reddere. Etiam hoc in mentem venit fortasse in archetypo fuisse, perendinatu; & irrepsisse de interpretatione in versum, tertio. Sed hæc in medio relinquimus, inquit Camerarius, qui licet veram lectionem ex his vestigijs elicere non quierit, viam tamen nobis ad eam aperuit. Legendum proinde haud dubie est: Postea autem cum primo luci cras nisi ambo occidero, Et equidem herclè nisi pedatu tertio omnis afflixero. Præterea apud Nonium pedatu legere malim, quam pedato.

Expenditur

Expenditur Charisius in voce Ebria.

CAPVT XVII.

Hebria, inquit Charisius, est vas vinarium, vnde hebrus & hebria dicitur, hebriosusq; & hebriosa. Hæc Charisij verba suscepta nobis reddit Arnobij locus libro septimo. Ita enim illic loquitur: Date quæso immortalibus dijs bibant scyphos, brias, pateras, sympiniaq; depromite. Itaque legendum nobis videtur. Bria enim est vas vinarium, vnde Ebrus & ebria dicitur, ebriosusq; & ebriosa, vt Ebrus sit ille qui multas brias exhausserit, & Sobrius qui nullas. Sunt etiam inter Grammaticos nonnulli, qui ebrus compositum dicant ex e præpositione & bria, atque ideo primam habere longam. Quinetiam episcopus Halberstattenfis in epistolæ ad Galatas caput 5. scribens: Briam, inquit, dicimus calicem aptum potioni vini.

Confirmatur lectio exemplaris Camerarij apud Plautum ex Nonio. CAPVT XVIII.

Pro eo quod vulgo legebatur apud Nonium in dictione Venatura: Vident villam oculis venaturam facere & aucupium auribus, proq; eo quod apud Plautum est in Milite: Viden' tu illam oculis mature facere & aucupium auribus? ostendimus in castigationibus nostris Nonianis esse omnino legendum: Viden' tu illam oculis venaturam facere, & aucupium auribus? Confirmat hanc nostram castigationem Camerarij editio Plautina, tamen in eiusdem versus initio mendosa. Sic enim illic est: Videre tu illam oculis venaturam facere, atque aucupium auribus. Castigandus est obiter Riccius, qui deprauatam Plauti lectionem sequitur, agens de verbo facere, cum nomine Aucupium. & Micillus qui libro 2. de re metrica, pag. 247. legit: Videne tu illam ocu u u u, - u u lis mature - - - - - facere atq; aucupi u u -, - u u um auribus.

Hecatophoniam qua sint, & Fulgentius in vocibus obscuris illustratus. CAPVT XIX.

Fulgentius in fragmento vocum obscurarum peruenit ad nos valde mendosus, sed tamē vbi legitur ἑκατομβεφονεῦμα appellatur,

X

non

non est difficile sanam lectionē restituere, ei praesertim qui Pausania, Plinij, Plutarchi & Polyæni loca meminerit. Legendum igitur est ἑκατομόφονια vel ἑκατονφόνια. De hoc sacro multa Pausanias in Messenicis de Aristomene agens: ἔδυσσε δὲ, inquit, ὁ ἀεισομένης καὶ τῆς διὰ τῶν ἰθαματῶν τὴν δυσίαν ἢν ἑκατονφόνια ὀνομάζουσι. αὐτῆς ἢ κριδισθήκει μὲν ἐκ πυλαοτάτου. θυίην δὲ αὐτὴν ὑπὸ μεσσηνίων ἐνομίζετο, ἐπόσοι πολέμιοι ἀνδρας κητεργάσαντο ἑκατόν. ἀεισομένης ἢ ὅτε ἐπὶ κάταρκε σήματι ἑμαχέσατο δύσασσι ἑκατονφόνια παρώντων, δεύτερον ἢ δὴ δύσασσι καὶ ὁ δὲ τῆς νυκτὸς ἢ κρηνηθίων παρέχε φόνον. τῆτον μὲν δὴ λέγουσι καὶ ἐπὶ ταῖς ὑστερον δύσασσι κρηνηθίαις δυσίαν τρήτῳ. id est, Fecit posthæc Aristomenes sacrum Ioui Ithomatæ quod hecatomphonia vocant, quasi Centucidium dicas. Id sacrum fieri veteri patriæ instituto traditū ab ijs Messeniensium, qui hostes centum occidissent. Aristomeni autem, qui prima hecatomphonia fecisset, cum ad Apri sepulchrum pugnasset, evenit ut secunda faceret, cum oppressos nocturna pugna Corinthios cecidisset. Tertia ab eodem peracta, referunt ob alias excursions, quas postea fecit. Plutarchus in Romulo: τὸ δ' ὑπὸ ἐπιών λεγόμενον κομιδῆ μυσθῶδες ὅτι, μᾶλλον δὲ ἔλαος ἀπασον ὅτι μυρίων καὶ τετρακισχιλίων πεσόντων, ὑπὲρ ἡμίσεως ἦσαν οὗς αὐτοῦ ἰδίαις χερσὶ βρωμάτω ἐκίληεν, ὅπου καὶ μεσσηνίοι κόμωρον χηρήσασθαι δοκοῦσι περὶ ἀεισομένους ἀγέρντες ὡς τρεῖς ἑκατονφόνια δύσασιν ἀπὸ λακεδαίμωνίων. Plinius: Hirto corde gigni quosdam homines prodirit, neque alios fortioris esse industria, sicut Aristomenem Messenium, qui trecentos occidit Lacedæmonios. Meminit eiusdem rei etiam Plutarchus in Convivio septem sapientum, & in Symposiacōν decados quartæ problemate primo, καὶ δύω μὲν ἑκατομόφονια κητάπερ φασι νόμον ἔῃ μεσσηνίους. Hæc eadem ille paulò obscurius tractat in Symposiacis, unde factum est, ut Interpres alioqui doctissimus non eadem fide, qua cætera eius loci verba sit interpretatus. ἡμεῖς μὲν οὖν, ὁ φιλίνος ἔειπεν, ἠγνοῦμεν ἑκατονφόνια δειπνήσαντες ὡς περὶ ἑκατομόφονια. Nos autem ignorabamus, inquit Philinus, nos hecatomphonia cænatos esse, quemadmodum tempore Aristomenis vel sub Aristomene. Hoc interpres ita vertit: At verò nobis, inquit Philinus, ignotum fuit centenibus vesci victimis, velut ob rem bene gestam superbientibus. Polyænus Strategematum libro secundo. Aristomenes Messaniorum dux ter hecatomphonij contra Lacedæmonios

monios sacrificatis, confectus gravissimis vulneribus, captus est cum alijs pluribus. Vbi Interpres perperam vertit, ter centum phonij. Aliorum hecatomphoniorum meminit Stephanus in βιέννη. Clemens Alexandrinus in Protreptico: ἀεισομένης γοῦν ὁ μεσσηνίου τῶν ἰθαματῶν διὰ τριακοσίων ἀπαέσφαξε τοσαύτας ὀμοῦ καὶ τοιαύτας κρηνηθῆναι ζιόμην ἑκατόμβας, ἐν οἷς καὶ ἐπιπομπῆ ἢν λακεδαίμωνίων βασιλεὺς ἱερῶν εὐχρηές. Idem scribunt Eusebius & Cyrillus.

Athenæi loca quadam restituntur.

CAPVT XX.

SUNT apud optimum auctorem Athenæum hiatus quidam, quorum hic nonnullos supplere, non inutile duximus. Nam ubi in ipso statim primi libri proœmio legitur: παρὶν εἰσπεῖν κείτου ἢ ποῦ κείτου. ὅς ἐι κείτου ὄρα ἐπὶ τοῦ τῆς ἡμέρας μορίου, ἢ εἰ μὴ κείτου * ἐπὶ τῆς ἑδωλίμων βρωμάτων. legendum ex Suida nonnullis additis: ἢ οὐ κείτου. ὅς ἐι κείτου ὄρα ἐπὶ τοῦ τῆς ἡμέρας μορίου, ἢ εἰ μὴ κείτου, καὶ εἰ ὁ μέδυσος ἑσὶ ἀνδρὸς, καὶ εἰ ἢ μήτρε ἐπὶ τῆς ἑδωλίμων βρωμάτων. Deinde libro nono in voce οὐδαρ desideratur Herodoti ex quarto libro locus. ita enim nunc legitur: ἠρόδοτος δ' ἐν τῇ τετάρτῃ τῆς ἰσοειῶν φησιν * σπανίως δὲ ὄρεν εὐρεῖν. Nos autem ex Herodoto hunc locū sarsimus ad hunc modum: ἠρόδοτος δ' ἐν τῇ τετάρτῃ τῆς ἰσοειῶν φησὶ. φασι δὲ τὸ δὲ εἰνεκα τῶτο ποιέειν, τὰς φλέβας τε σπυμπλάσθαι φασεωμέναις τῆς ἱππου καὶ τὸ οὐδαρ κητέαδς. σπανίως δὲ ὄρεν εὐρεῖν. Item pagina sequenti in cuniculorum mentione legendum ex eclogis Polybij: ὁ δὲ κόυνικλος κηλούμενος πὸρρωθεν μὲν ὀρώμενος ἔῃ δοκεῖ λαγῶς μικρὸς, ὅταν εἰς τὰς χεῖρας λάβῃ τις μεγάλῳ ἔχει διαφορὰν καὶ κητὴν ὅπφαινεσαν καὶ κητὴ βρωσῶν, non καὶ κητὴ θρωσῶν, quod interpres putavit valere, & ad aspectum, & ad saltum. Et libro vndecimo legendum ex Herodoti libro quinto: ἀπιδὸν δὲ μὴ τέ τι ἄλλο πρροσφῆρην παρὸς τὸ ἱερὸν μὴ τέ κῆρμον, ἀλλ' ἐκ χυρσίδων ὅπφχωρίων, νόμον τὸ λοιπὸν αὐτέδῃ ἔῃ πῶνειν. Non ut vulgo apud Athenæum legitur: ἀπιδὸν μὴτον πρροσφῆρην παρὸς τὰς δυσίας μὴ δὲ κῆρμον, ἀλλὰ ἐκ χυρσίδων ὅπφχωρίων τὸ λοιπὸν αὐτόδῃ ἔῃ πῶνειν. Apud Pollucem libri sexti capite decimosexto perperam legitur χυρσίων.

αιγνήτης δὲ φησιν Ἡρόδοτος ὅτι πέντε ἐκ χειρῶν ἀπὸ χειρῶν. lib. 12. de Demetrio Phalereo legendum : ἐν τῇ τῆς πομπῆς τῆς Διονυσίου ἡν ἐπέμπευ. ἀρχὸν γυμνάσιον ἢ δὲν χρόνος εἰς αὐτὸν ποιήματα χειρῶν τῆς σολέως. id est, Poemata Castorionis Solensis : ubi in impressis est, σπειράμεν τῆς σολέως : quod interpretes valere putavit, euacuatus soleis. Quod autem supra libri 14. illud Athenæi, cūm de voce ἀλίπας ἀγε-remus, ita legimus : ἀλιπῶν δὲ κρεῶν μνημονεύει ὁ τῆς κωμῶδίας ποιη-τῆς ἀεισομένης ἐν διονύσῳ. ἀλίπασα ταῦτα ᾄδει τῆς κομῶδίας. ἔσραμν ἀλίπασον ἀεί τὸν δερῶποντα ἐδίειν. non ἀεισομένης, ut habent im-pressi, his adducti rationibus mutauimus publicam lectionem, quod nusquam præterea alibi meminisse, has comædias Ari-stophanis nomine citatas, sed Aristomenem γόπῳ bis apud Athe-næum, & semel apud Pollucem, & Aristomenem διονύσῳ, semel præterea tam apud Athenæum quàm Pollucem citari.

Notantur lapsus quidam Valla interpretis Herodoti.

CAPVT XXI.

Sunt quidam apud interpretem Herodoti lapsus, nondum à quoquam, quod sciam, indicati : iam à nobis ne lectorem securū posthac fallant, indicandi. Nam statim in initio : τὸ δὲ μνημονεύω αἰρῶν ἔχειν ἀρπαθῶν ἐπὶ τῶν σποράων. Valla putavit significare : Pruden-tium autem pro nulla habere raptarum pulchritudinē. Ego ver-terem : Prudentium verò esse nullam curam agere raptarum. Er-rori occasionem dedit ἄρη dictio Ionica τὴν φροντίδα significans, vnde componuntur πύλωρεν, δύσωρεν, ἀρκυωρεν, quo utitur Ælia-nus, πύλωρεν, & ἀρκυωρεν. Repetit eandem vocem Herodotus in fine Thaliæ & in initio Calliopēs. Lucianus item de Dea Syriæ & Astrologia, qui duo libelli Ionica constant Dialecto, utitur. Sophocles Trachinijs : εἰ πατρὸς νέμει τὴν ἄρη. Hesiodus : ἄρη γὰρ τὸ ἀρκυωρεν ἢ νέμει τὸ ἀρκυωρεν τε. Herodotus in eodem libro de in-tercalari dicit : εἰ δὲ δὴ ἐδελήσῃ τούτερον ἢ τῶν μῶν μακρότερον γί-νεσθαι ἢ δὲ αἰ ἄρη συμβαίνοσι ᾄδει γινόμενα ἐς τὸ δέον, μῆνες μὲν παρὰ τὰ ἐξ ἑβδομήκοντα ἔτεα οἱ ἐμβόλοι γίνονται πεντήκοντα πέντε, ἡμέραι δὲ ἐκ τῶν μῶν τούτων χίλια πεντήκοντα. id est, ut rectè Perellus Theodori de mensibus interpretis : Quod si volet alterum annum esse quàm alterum

alterum vno mense maiorem, ut tempora eodem oportune re-currant, menses quidem intercalarij triginta quinque fiunt per annos septuaginta. dies verò ex his mensibus mille & quinq-ua-ginta. Valla hoc aliter : Quod si velis reliquum annorū ob hunc mensē prolixius fieri, ut horæ ad id quod deest accedentes con-gruant, menses quidē intercalares supra annos septuaginta, sicut triginta quinque. dies autem ex his mensibus mille quingenti. Hanc tam absurdam Laurentij Vallensis interpretationem sequi maluit Michael quidam Neander, quàm optimam Perelli.

Alius Herodoti locus in quo prauaricatus est Interpretis, & de Abis quedam. CAPVT XXII.

Sequitur mox apud Herodotum locus prætermisus ab Inter-pretis : τὸν μὲν, inquit, ἐς Δελφούς ἵεναι, τοὺς δὲ ἐς ἄβας τῶν φαιάων, τοὺς δὲ ἐς Δωδώνην. Hic Valla medijs omisiss. Quibusdā Delphos, quibus-dam Dodonam. Addendū itaque : Quibusdā Abas Phocenium, De Abis Phocenium oraculo adeundi Strabo, Pausanias, Par-rhasius in Claudianum, Herodotus in Vrania, Philostratus in Apollonij vita, Hesychius, Stephanus, & Philo apud Eusebium, libro 18. Φαύλλον, inquit, φθινώδει νόσῳ συντακίνα ἢ ἐν τῶν ἄβας ἱερῶν συνεμφορῶντα ἀπολέσθαι. id est, In Abis. Apud Trapezuntium malè legitur Inabis. Hesychius : ἄβας περὶ τὴν φαιάδα ἵσθαι οὐ μαντείον ἀπολλῶν ἀλάς. Vbi mendose legitur : ἀπολλῶν σαβαίου, quem-admodum hic apud Herodotum perperam legitur ἐς σάβας, pro ἐς ἄβας. Apud Philostratum libro 4. desideratur in Latinis ver-sionibus hæc de Abis mentio. De eisdem Stephanus : ἄβας φαιάων ἐν Δελφῶν ἱερῶν ἀπολλῶν. ἢ δὲ τοῦτο μαντείον παρὰ τῶν Δελφῶν. τὸ κληπικὸν καὶ τὸ ἐπὶ τὴν ἀβεί. Strabo : οὐδὲ αἱ ἄβας δὲ τὸ μαντείον ἀπο-θεν τῶν ἱσθῶν τούτων ἐστίν.

Expenduntur Plinij & Appiani loca. CAPVT XXIII.

Sunt quedam apud Hermolaum in castigationibus Plinianis, de quibus dubitari possit. Eius generis hoc est, libri 3. capite primo. Carteia Cartessos vel Cartesos à Græcis dicta. Scriben-dum, in-

dum, inquit Hermolatus, Tartesos nō Cartesos, auctores Strabo, Ptolemæus, Dionysius, Pomponius. Mihi Cartesos non displicet, aut Carpeffos per litteram p & geminum ff. Appianus enim idem scribit in Iberica. Ἑλληνας τε ὁμοίως, inquit, ἐς ταρτησὸν καὶ ἀργανθωνίου ταρτησοῦ βασιλεία πλέοντες ἐμμεῖναι καὶ τῶν δὲ τινες ἐν Ἰβηρίᾳ. ἢ γὰρ ἀργανθωνίου βασιλεία ἐν Ἰβηρίᾳ ἦν. καὶ ταρτησὸς μοι δοκεῖ τὸ τε ἔθ' πόλις ἐπὶ θαλάσσης ἢ νῦν καρπησὸς ὀνομάζεσθαι. τὸ, τε τὰ ἡερακλείους ἱερὸν τὸ ἐν σήλαις φοίνικες μοι δοκοῦσιν ἰδρῦσαι. καὶ ἀρησκέυεθ' νῦν ἐπὶ φοινικῶς. id est, Eodem modo alij quoque Græci qui Tartessum ad Arganthonium Tartessi regem nauigabant, videtur partim in Iberia constitisse. Nam Arganthonij regnum in Iberia erat. Atque Tartessus mihi videtur tunc fuisse vrbs maritima, quæ nunc Carpeffus appellatur. Ad hæc fanum Herculis, quod intra Columnas situm est, Phœnices mihi ædificasse videntur, in quo etiam hodie Phœnicum ritu ceremoniæ celebrantur. Latina Cælij Secundi interpretatio hac in parte absurda est, & tanto auctore indigna. Ad hæc alij quidam Græci, inquit, qui eodem modo Tartessum ad Arganthonium Tartessiorum regem adnauigabant, in Iberia constitere. Nam in Iberia tum, vt ego existimo, Arganthonius ac Tartessus regnabant. Ea tempestate vrbs erat maritima, quæ nunc Carpeffus appellatur. Ita credo Herculis fanum, in eo loco qui Columnæ dicitur, ab Iphenia fuisse ædificatum. & cætera. Idem Appianus in initio belli Viriathini: ῥωμαίων τῆ μόλις ἐν μυρίων ἑξακισχίλιοι διέδρασαν ἐς καρπησὸν ἐπὶ θαλάσση πάλιν ἦν ἐγὼ νομίζω πρὸς ἐλλήνων πάλαι ταρτησὸν ὀνομάζεσθαι. Pausanias in Eliaciis: εἰ δὲ καὶ τερτήσιος χαλκὸς λάβω τῶν ἡλείων ἔστιν οὐκ οἶδα. τερτήσιον δὲ ἔθ' ποταμὸν ἐν χώρᾳ τῆ Ἰβηρίαν λέγουσι, ἑτάμασι ἐς θαλάσσαν κατερχόμενον δυσὶν, καὶ ὁμώνυμον αὐτῶ πάλιν, ἐν μέσῳ ἧστ' ἐμβολῶν τῶ ποταμοῦ κημένῳ. τὸν τῆ ποταμὸν μέγιστον τε ἄντα, ἧστ' ἐν Ἰβηρίᾳ, καὶ ἀμπωτῆν περὶ χόμενον βαῖτην ἀνόμαστοι οἰ ὕπερον. εἰς τὴν οἰ καρπησίαν Ἰβηρίαν πάλιν κελεῖσθαι νομίζουσι τὰ ἀρχαιότερα ταρτησόν. id est, Sunt autem qui Carpiam Hispanorum urbem vocatam credant vetustiori nomine Tartessum. Amalæus hoc vertit obscurius. Sunt qui prisco nomine Tartessum Carpiam vocitatam dicant. Strabo: ἐνοιο δὲ ταρτησὸν τὴν νῦν καρπησίαν περὶ ἀρησκέυεσι. Pomponius: Et specus vltra est, in eo que Carteia, vt quidam putant, aliquando Tartessus, & quam tranfuecti ex Africa Phœnices habitant.

Mea

Mea igitur hæc est opinio, quam Romani nunc Carteam, & Græci nunc Carpeffum vocant, eam olim fuisse vocitatam Tartessum. Illa autem varietas, vt modò καρπησόν, modò καρπησόν, nunc καρπησίαν, nunc καρπησίαν legatur, ortam esse existimo ex affinitate litterarum τ & π.

Quibus argumentis amicus noster probauerit, qui vulgo fertur Octauius Arnobij, esse Minutij Felicis opus.

CAPVT XXIV.

Arbitramur iam omnibus persuasum esse septē duntaxat contra Gentes libros, scripsisse Arnobium, quiq; octauus vulgo fertur, eum esse Minutij Felicis dialogum Christiani & Ethnici disputantium, qui inscribitur Octauius, præsertim qui Adriani Iunij hæc verba legerint ex Animaduersorum lib. 6. cap. 1. Arnobio qui septem duntaxat aduersum Gentes libros edidit, accreuit octauus, quum sit Minutij Felicis Octauius ab interlocutorum vno ita vocatus, noua ratione oblitterandi auctoris. Hæc ille. Vt autem morosis quibusdā fiat satis, dicam nunc quibus argumentis amicus noster facile nobis probauerit hoc ita esse, cum primum illos libros nactus ad nos ferret. Vtebatur D. Hieronymi in primis testimonio, cuius hæc sunt verba in epistola ad Magnū: Septem libros aduersum Gentes Arnobius edidit, totidemq; discipulus eius Lactantius. Si, inquit, septem tantum Arnobij sunt libri, quos ille continua oratione tractat, certè qui octauus Arnobij fertur, Octauius Minutij Felicis est, præsertim cum hic dialogo res tractetur, & à Lactantio verba citentur, quæ in hoc dialogo inueniantur. Lactantium enim de falsa religione ita scribere: Minutius Felix in eo libro qui Octauius inscribitur, sic argumentatus est, Saturnum cum fugatus esset à filia, in Italiamque venisset, Cæli filium dictum, quod solemus eos, quorum virtutem miremur, aut eos qui repentinè aduenerint, de cælo cecidisse dicere, Terræ autem, quod ignotis parentibus natos Terræ filios nominemus. Minutij verba etiam ascripti: Saturnus Creta profugus, Italiam metu filij sæuientis accefferat, & iam susceptus hospitio, rudes illos homines & agrestes multa

multa docuit, vt græculus & politus, litteras imprimere, nummos signare, instrumenta conficere. Itaque latebram suam quòd tutò latuisset, vocari maluit Latium, & vrbe Saturniam de suo nomine, & Ianiculum Ianus ad memoriam vterque posteritatis reliquerunt. Homo igitur vtiq; qui fugit, homo vtiq; qui latuit, & pater hominis, & natus ex homine. Terræ enim & Cali filius, quòd apud Italos esset ignotis parentibus proditus, vt in hodiernum inopinatò visos Cælo missos, ignobiles & ignotos Terræ filios nominamus. Apud Politianum Miscellaneorum capite 18. malè legitur, Quorum virtutem miremur, ad quos repente aduenerint. De Minutio hæc Hieronymus in Catalogo. Minutius Felix Romæ insignis causidicus scripsit Dialogum Christiani & Ethnici disputantium, qui Octauius inscribitur, sed & alius sub nomine eius fertur de fato, vel contra Mathematicos, qui cùm sit & ipse disertus hominis, non mihi videtur cum superioris libri stylo conuenire. Meminit huius Minutij & Lactantius in libris suis. Hæc Hieronymus. Lactantius iterum libri quinti capite 1. Ex ijs qui mihi noti sunt, Minutius Felix non ignobilis inter causidicos loci fuit. Huius liber cui Octauio titulus est, declarat quàm idoneus veritatis assertor esse potuisset, si se totum ad id studium contulisset. Sed quod Lactantius & Hieronymus eum causidicum fuisse scribant, fatetur ipsemet in hoc qui extat Dialogo, scribens de se his verbis: Sanè & ad Vindemiam feriæ iudiciariam curam relaxauerunt. Vt ad Arnobium reuertamur, videntur huius scripta D. Hieronymo nō placuisse, cuius in epistola ad Paulinum hæc sunt verba: Arnobius inæqualis est, & nimius & absque operis sui partitione confusus. Idem in Catalogo: Arnobius sub Diocletiano principe Siccæ apud Aphricam florentissimè rhetoricam docuit, scripsitq; aduersus Gentes, quæ vulgo extant volumina. Idem in Chronicis, Arnobius in Africa rhetor clarus habetur, qui cùm in ciuitate Siccæ ad declamandum iuuenes erudiret, & adhuc ethnicus ad credulitatem somnijs compelleretur, neque ab episcopis impetraret fidem, quam semper impugnauerat, elucubrauit aduersum pristinam religionem luculentissimos libros, & tandem veluti quibusdam obsidibus pietatis fœdus impetrauit.

Committ-

Committuntur inter se loca Clementis Alexandrini, Eusebii & Arnobij. CAPVT XXV.

Cùm multa præterea alia, tum hunc locum penè ad verbum expressit ex Clemente Alexandrino Arnobius lib. 5. Baubo illa quàm incolam diximus Eleusinijs fuisse pagi malis multiformibus fatigatam accipit hospitio Cererem, adularum obsequijs mitibus reficiendi corporis, rogat curam vt habeat, sitienti ardori oggerit potionem cynum cyceonem, quem nuncupat Græcia: auerfatur & respuit humanitatis officia mærens dea, nec eam fortuna perperitur valetudinis meminisse communis. Rogat illa atque hortatur contra (sicut mos est in huiusmodi casibus) ne fastidium suæ humanitatis assumat: obstinatissimè durat Ceres, & rigoris indomiti pertinaciam retinet. Quod cùm sapius fieret, neque vllis quiret obsequijs ineluctabile propositum fatigari, vertit Baubo artes, & quam serio non quibat allicere, ludibriorum statuit exhilarare miraculis. Partem illâ corporis, per quam sexus femineus & sobolem prodere & nomen solet acquirere generi, eam longiore ab incuria liberat, facit sumere habitum puriorem, & in speciem leuigari nondum duri & striculi pusionis. redit ad deam tristem, & inter illa communia quibus moris est frangere ac temperare mætores, reteggit seipsam, atque omnia pudoris loca, reuelatis monstrat inguinibus: atque pubi affigit oculos diua, & inauditi specie solaminis pascitur: tum diffusior facta per risum aspernatam sumit atque ebibit potione, & quod diu nequitit verecundia Baubonis exprimere, propudiosi facinoris expressit obscenitas. Calumniari nos improbè si quis fortè hominum suspicatur, libros sumat Threicij vatis, quos antiquitatis memoratis esse diuinæ, & inueniet nos nihil neque callidè fingere, neque quo sint risui deum quærere atque efficere sanctitates. Ipsos namque in medio ponemus versus, quos Calliope filius Græco & cantando per secula iuri publicauit humano,

*Sic effata simul vestem contraxit ab imo,
Obiecitq; oculis formatas inguinibus res,
Quas caua succutiens Baubo manu, nam puerilis
Olli vultus erat, plaudit, contrectat amice.*

Y

Tum

*Tum dea defigens angustè i luminis orbes,
Tristitias animi paululum mollita reponit.
Inde manu poculum sumit, risuq; sequenti
Perducit totum cyceonis lata liquorem.*

Hæc ut dixi accepta sunt à Clemente Alexandrino in Protreptico:
 Ξενίῃσσι ἢ βαυβῶ τὴν δι' ὄρεται κυκεῶνα αὐτῆ, τῆς δὲ ἀνααιρούμενης λαβείν
 καὶ πίνει οὐκ ἐδελοῦσθαι (πενθήρης γὰρ ἦν) ἀειλάγης ἢ βαυβῶ γηρομένη ὡς ἑσθ-
 ἐσθῆισα διήδεν ἀναστρέψαι τὰ αἰδῖα καὶ ἀπιδεικνύει τῆς δια: ἢ δὲ τέρπεται τῆ
 ὄψει ἢ διῶ, καὶ κόλις ποτε δέχεσθαι τὸ πατὸν ἠδῆϊσα τῶ θεάματι. ταῦτά ἐστι τὰ
 κρυφία ἢ ἀδύνατον μυσθῆια. ταῦτά τοι καὶ ὄρεται ἀναγράφει τῶ θεῶσμαι
 δὲ τοι αὐτὰ τοῦ ὄρεται τοῦ ἐστ, ἢ ἔχεις μάρτυρα τῆς ἀνααιρουμένης τὸν μυσθ-
 ῶσθαι, ὡς εἰπούσα ἀπέδοις ἀνεστρέψαι. δέξαι δὲ τὸ πάντα
 Ἐώματι οὐδὲ ἀπέπνυτα ἴσπον. παῖς δ' ἦεν ἰακχῶ
 χεῖρὶ τέ μιν ῥίπασκε γελῶν βαυβοῦς ἀπὸ κόλποις.
 ἢ δ' ἐπεὶ οὐν μείδῃσθαι θεῶν μείδῃσθαι ἐνὶ θυμῶ
 δέξαιτο δ' αἰόλον ἀγγῶ. ἐν ᾧ κυκεῶν ἐπέκειτο.

Quæ verba ita reddidit Gentianus: Baubo cùm Cererem hospi-
 tio excepisset, ei confectum potum porrigit. Cùm ea autem recu-
 faret accipere, & non vellet bibere, vt quæ lugeret, ægrè ferens
 Baubo, vt quæ fuisset despecta, pudenda aperit, & ea dea osten-
 dit. Ceres autem delectabatur visione, & vix tandem potum ac-
 cepit exhilarata spectaculo. Hæc sunt arcana Atheniensium my-
 steria. Hæc etiam describit Orpheus: Adducam autem tibi ipso
 versus Orphei; vt habeas ipsum mystagogū testem impudentiæ.

*Sic dixit tollens vestes, omnemq; figuram
Corporis ostendit turpem, puerileq; Iacchus
Tunc atate fuit, gremio à quo dextera Baubus
Ridente immixtam ipsa hilaris sed tunc dea mente
Subrisit, varium vas quod potumq; tenebat.*

In cista accepit. Gregorius quoque Trapezuntius Eu-
 sebij De præparatione Evangelica interpres lib. 2. Cererem verò
 à Baubone hospitio susceptam tradunt, potionemq; multis con-
 fectam, quam Cyceona vocant, oblatam fuisse Cereri. Cùmque
 Ceres luctu oppressa, potum recusaret, quasi despecta Baubo do-
 luit, atque sublata veste genitalia membra deæ ostendit, quæ hoc
 spectaculo delectata Cyceona suscepit ac bibit. Hæc Athenien-
 sium

sium mysteria sunt. hæc summus theologorum Orpheus, vt ipsi
 dicunt, carmine cecinit, à quo non est ab re carmina quædam te-
 stimonij loco apponere:

*Dixit & obscenas cunctas in corpore partes
Attollens vestem patefecit: tum dea ridens
Suscepit paruum, qui fortè astabat Iacchum,
Ingressitq; sinu vetule Baubonis, & inde
Pocula suscipiens tandem Cyceona perhausit.*

Notandum hic est in tertio Arnobij carmine vitia esse, & aliter
 eum legisse, quàm Græca iam habeant exemplaria, tam Clemen-
 tis quàm Eusebij. Nam ab illo nulla fit Iacchi mentio, quare
 suspicor illum legisse: παῖς ἰακχῶ δ' ἦν, aut aliquid simile. In
 Gentiano cum alia, tum hoc mihi non probatur, quod cum vul-
 gata Clementis editione legit *κῆσι* pro *κῆσι*, vt alibi ostendimus.
 Vt semel dicam quod sentio, sunt hæc inuoluta, & mysteriode, &
 fortè etiam mendosa.

LIBER SEPTIMVS.

Ignoratio phrasæ sæpè labi magnos Interpretes.

CAPVT I.

IN eo quod sequitur, non videtur Valla proprietatem Græcæ
 phrasæ percepisse: ὡς δὲ ἐκ τῆς δυσθῆς ἐγένετο χεῖρα χεῖρὶ ἀπῆστον
 χεῖρὸν. id est, Cræsus operatus sacris vel peracto sacro cùm ma-
 gnam auri vim conflasset. Valla: Quo ex sacrificio cùm immensa
 vis auri defluxisset. Est autem elegans phrasîs: ἐκ τῆς δυσθῆς ἐγένετο,
 qua vritur etiam in Clio alio loco: ἐπέειπε δὲ ἀπὸ δείπνου ἦσθαι. Idem
 in Erato: ὡς δὲ ἀπὸ δείπνου ἐγένετο. & in Euterpe: ἐπεὶ ἀπὸ δείπνου
 γένωνθαι. Vbi perperam legitur γένωνται per u. In Calliope idem:
 ὡς δὲ ἀπὸ δείπνου ἔσαν. Vtuntur Iosephus, Plutarchus, Lucianus.
 Diodorus, alij. Iosephus Originum libro 18. ἀπὸ ἀρίστου δὲ ἦσαν.

Plutarchus in Alexandro : ἀπὸ ἡβῆ ἱερῶν ἡγομένῳ. Idem in Othone, ἡγομῆς ἢ ἀπὸ τούτων. Lucianus in dea Syria : ἐπεὶ ἐκ δείπνου ἐγένοντο. Dion libro 43. Ἡ δὲ τελευταία ἐπειδή ἐκ τοῦ δείπνου ἐγένετο, plane vt Lucianus. Herodotus in Terpsichore : ὡς δὲ ἀπὸ δείπνου ἐγένοντο διακρίνοντες εἶπαν οἱ ἄλλοι τὰ δε. Diodorus ἀπὸ δὲ τούτων ἡγομένῳ, sæpe repetit libris 16. 17. & 19.

Emendantur Dion & Pollux. CAPVT II.

Multa sunt apud auctores deprauata, quæ, si studium & diligentia adhiberentur, non magno negotio restitui possent. Eius generis est hoc Dionis in Heliogabalo : ἐργάζει δὲ καὶ ἴερατα ἐν τῇ βώμῃ ἄλλα, τε καὶ ἐκ τοῦ ἀλάματι ὅτι ἴσιδ ὅτι ὁπρὶ τὸ ἀλάμα τὸ νεοῦ αὐτῆς ἐπὶ κινὸς ἐχέται. Hic Blancus & Xylander : Cuius altare cane sustinetur. Nimirum ἀστρομα quæ nihili vox est, altare, vertentes. Ego δὲ ὅτι τὸ ἀέτωμα legendum puto, quod pinaculum templi significat. Aristophanes ἀιετὸν vocat in Auibus : τὰς γὰρ ὑμῶν, inquit, οἰκίας ἐρέφομεν πρὸς ἀιετὸν. Scholiastes : διὰ τὰ ἐν τοῖς ναοῖς ἀετώματα. ἀντὶ τὸ σεγιάσμεν πρὸς ἀετώματα. τὰς γὰρ ἡβῆ ἱερῶν σεγὰς πέρα καὶ ἀετὸς καλοῦσιν, ὡς φησὶ ἰων ἐν ἀγαμέμνονι. Pollux libri 7. capite 27. ὅτι δὲ οἱ ποιηταὶ φῶσιν, ἐρέφομεν πρὸς ἀιετὸν, σεγιάσμεν φασὶ πρὸς ἀέτωμα. Vulgo tamen apud Pollucem legitur : ἐρφομα πρὸς ἀιετὸν σεγιάσμεν, φησὶ πρὸς ἀέτωμα τεύχεζεν. Pollucis interpres locum alioqui mendosissimum ita vertit, vt magis etiam corruerit. Cùm autē poetæ dicunt, inquit, ἐρφομα πρὸς ἀιετὸν σεγιάσμεν ad pinnaulum extruere significant. Thema est, ἐρέφω, id est, tego, vnde etiam fit ὄροφ ὅ, id est, tectum. Præcessit apud eundem Pollucem locus libri 7. cap. 26. non minùs mendosus itidem à nobis emendādus. τὸ δὲ, inquit, κατὰ τὴν ἀμαξὴν περιφραγία δὲ ἀελαμβάνει διὰ ἀκτινῶν μόρμιον καλεῖται, καὶ μορμογεύειν τὸ δρᾶματα ἐπ' αὐτῷ φέρειν. Hic ego μόρμιον μοργεύειν & δρᾶματα legendum censeo. Hoc sensu. Circumseptum autem illud super currum quod per retia comprehenditur, morgon vocatur; & morgouin, manipulos in eo ferre. Pollucis interpres hoc ita : Et quod super currum est circumseptū, quod laqueis cōtinetur, mormon vocatur, & μορμογεύειν est onera huic inferre. Adrianus Iunius in suo Lexico nihilo melius μόρμιον, inquit,

inquit, tabulatum aut sepimentum quoddam currule quod reticulo interijciebatur, vt esset firmitus, in quo fabulæ edebantur publicitus, id quod μορμογεύειν vocabant, hoc est fabulas seu actiones currules exhibere. Ego Helychium sequi malim, apud quæ hanc reperi lectionem : μόρμιον φραξιδος, καὶ τὸ ἐπὶ ταῖς ἀμαξίαις φραξιδος ἐν τῷ τὰ ἀρχαῖα φέρουσιν. Lexicon Græcum Basileæ editum anno 1563. pro me facit.

Quid φρύγεζον, κοδομείον, ὅ φώγων, ὅ curantur aliquot vulnera in Polluce. CAPVT III.

Nisi primo quoque tempore Pollucis vulneribus obuiam eatur, periculum est, ne ex curabilibus tandem incurabilia fiant. Ne quis hoc temerè à nobis dictum putet, attuli ex libri 10. capite 24. hæc eius verba : ἦπου ἢ καὶ φρυγείς καὶ φρύγεζον, πολυζήλει εἰπόντων ἐν θιονύσου γεναῖς, οὗ περὶ αἱ χύτται κραιμάνται, καὶ τὸ φρύγεζον. καὶ γὰρ εἰ τὸ φρύγεζον ταῖς οἰκοδομαῖς προσήκει δοκεῖ, καὶ ἐστὶν ταυτὸν τὸ οἰκοδόμηον, ἢ καὶ τοὺς πολλοὺς φώγων. Hic pro φρυγείς legendum φρυγείς, πρὸ κραιμάντων κραιμάντων, pro οἰκοδομαῖς & οἰκοδόμηον erata prima syllaba κοδομαῖς & κοδομείον. Alibi Pollux rectè, εἰ ποῖς δ' ἐν καὶ φρύγειν, φρύπιουσα, φρύγεζον τὸ ἐρφαλεῖον. τὸ δ' αὐτὸ καὶ κοδομείον καὶ κοδομείουσα, ἢν κοδομῆν καλοῦσιν. καὶ τὸ ἐρφαλεῖον κοδομείον ὅ δὴ ἐνεφρυπιον. ἴσως ἀγγεῖον κερμαῖον. Superiora Pollucis verba hanc habent sententiā: Scilicet frixorium & phrygetron, Polyzelo dicente in Bacchi partu. vbi ollæ pendent & phrygetron. Nam etsi phrygetron frigentibus siue torrentibus conuenire videatur, & idem sit cum codomio, hoc est farragine, quam vulgus phoganon vocat πέρα τὸ φώγειν ἢ ἢν τὸ φρύγειν. Pollucis interpres hic planè ineptit. Et frigenti, inquit, instrumentum vel sartago, Polyzelo dicente in Bacchi genitoribus. vnde ollæ suspensæ sunt & sartago. Etenim si phrygetron edificio vel edificatoribus conuenire videtur, & idem est cum edificatore, aut pistori, secundum multorum sententiam.

Emendatur Pollux in puerili lusu vel adagio, ἐξέχει ὃ φίλ' ἦλιε.

CAPVT IV.

Non temerè, vt opinor, apud alium, quàm apud Suidam in voce : ἐξέχει τὸν ἥλιον τὸ ὀπιτεταλέναι, & Pollucem inuenias mentionem

tionem factam lusus puerilis, & Ælium Dionysium apud Eustathium in Iliad. λ. pag. 881. ἐξεχ' ὄφιλ' ἦλιε, id est, exorere ὀ charē sol. Nam quod vulgo apud Pollucem legitur, ἐξοχ' ὄφιλ' ἦλιε, nemini docto probari debet, præsertim cum apud Suidam sana lectio adhuc seruetur & apud Eustathium. Pollux: ἢ δὲ ἐξεχ' ὄφιλ' ἦλιε παιδία, κρότον ἔχει τῶν παιδῶν σὺν τῷ ὀπιθόμηναι τούτῳ, ὁπότε κέρθ' ὀπιθόμεν τὸν θεόν. ἴδεν κ' ἐράτης ἐν φοινίσσῳ,

ἢ δ' ἦλι' μὲν πείθε' τοῖς παιδίοις
ὅταν λέγων ἐξεχ' ὄφιλ' ἦλιε, id est,

Ludus autem ille: Exorere ὀ dilecte sol, plausum habet puerorū cum hac acclamatione cum nubes solem incurrerit. Vnde & Strattis in Phœnissis,

Deim sol quidem morem gerit pueritia

Cum dixerint, *Emerge sol charissime.* Eustathius: ἢ δὲ ὑπέρεχεν οὐ μόνον ἔτω λέγει, ἀλλὰ κ' ἀνέχειν κ' ἀνίχειν, ἔπι δὲ κ' ἐξέχειν. Hefychius: ἐξέχειν ἀνατέλλειν τὸν ἥλιον. Ne hoc quidem rectè interpretes: Ludus verò, inquit, præstantissime ὀ Philelie plausum habet puerorū cum acclamatione huiusmodi, Quando nubes præuerterit deum. Vnde & Strattis in Phœnissis inquit: Deinde & sol obtemperat pueris, cum dicant: Præstantissime ὀ Philelie. Aristophanes: λέξεις ἄρ' ὄσπερ τὰ παιδία ἐξεχ' ὄφιλ' ἦλιε. Demosthenes: πρὸς μακρότατον. ἐμφέρειν δὲ ὑποδύνοντι ἢ ὑπεραίη ἢ ἂν προσδῶνται πρὶν ἥλιον ἐξέχειν. Vide apud Iunium adagium *Sol exorere*, qui Pollucis loci non meminit. Athenæus: ἢ δὲ εἰς ἀπόβλωνα ἀδὴ φιληλιῶς vel φιλ' ἦλιε potiùs.

Diētio καταβαυκλώσιν malè apud Pollucem diuulsa.

CAPVT V.

Idem Pollux in mentione lusus qui πλαταγώνιον vocatur, malè ἃ Typographis & Interprete acceptus est. Nam diuulsi dictionibus illic legitur: ὃ καταβαυ κελούσιν pro ὃ καταβαυκλώσιν. Totus locus apud eum hic est ἃ nobis subiectus: ἢ δὲ πλαταγώνιον οἱ ἐρώντες ἢ ἐρώσει ἔπιχεον. καλεῖται μὲν γδ οὕτω, καὶ τὸ κρόταλον καὶ τὸ σείσρον ὃ καταβαυκλώσιν αἱ ἴτιαι ψαχραγοῦσαι τὰ δυνουῖοντα τῶν παιδίων. id est,

id est, Sic autem & crepitaculum vocatur & sistrum, quo sopiunt eum voluptate nutrices ægrè dormientes pueros. Pollucis interpretes: quod Carabum nutrices nominant. Suidas: καταβαυκλώσιν κατακοίμισε. Hefychius enim βαυκαλῶν κατακοιμίζεν, πιδνεῖν, παιδία μὲν ὀδῆς κοιμίζεν. Idem in voce ῥύμιον, ἐπὶ τοῖς παιδίοις καταβαυκλωμένοις φασί λέγουσιν. Athenæus lib. 14. αἰ δὲ τῶν πιδνουσῶν ὀδαὶ καταβαυκλώσιν ὀνομαζόν. Vtitur hac dictione Varinus in voce βλήσι. Eodem verbo βλυκλῶν vsus est etiam Lucianus in Lexiphane, & Ælianus de animalibus libro 14. cap. 20. καὶ τοῦτό γε αὐτοὺς καταβαυκλώσιν καὶ καταυσεάζει. Vbi interpretes non satis propriè ægritudinis lenationem affert.

Quid κῆπον, & an ventrale, siue velamen pudendorum significet. CAPVT VI.

Qui nuper Lexicon Græcolatinum Basileæ ediderunt, non videntur Budæi in commentarijs sententiam assecuti esse. Nusquam enim κῆπον esse ventrale, seu velamentum pudendorum scripsit Budæus. Sed cum Laërtij ex vita Stilponis hæc verba interpretaretur: ὅτι κ' δένδρον τὸν ἐπιπέλω θεὸν ἐπισκώποντα ἐπέειν, πῶθεν ἢ τοῦτο ἦδει σίλων τὴν ἀδύαν (μη' εἶ) θεὸν εἰλάειν; ἢ ἀνεσύρας αὐδ. τὸν κῆπον ἐξείασατο, Nunquid eius ventrali sublato ipsius pubem aspexit? vertit. Ergo κῆπος est ἐφήβαιον τῶν γυναικῶν, id est, Pubes siue pudenda mulierum pars, auctores: Hefychius, Varinus & Pollux. ἢ δὲ μὲν τοι, inquit, ὑπὸ τὸν ὀμφαλὸν πῶν ἀρχὴ τῶν ὑπὲρ αἰδοῖα περιώσεων ἦσεν τε καὶ ὑπογάστριον. αὐτὴ δὲ ἢ περιώσεως ἦσεν τε καὶ ἐπίσειον, ἢ δὲ ἐφήβαιον ἰατρῶν μόνον. Hæc Pollux. Rufus: ἢ δὲ ὑποκάτω τῷ ὀμφαλοῦ ὑπογάστριον καὶ ἦσεν, τὸ δὲ συνεχὲς τούτῳ μέγρι τῶν αἰδοῖων ἐπίσειον καὶ ἦβλυ, ἄλλοι δὲ ἐφήβαιον καλοῦσι. Galenus in Ictagoge: ἢ δὲ ὑπὸ τὸν ὀμφαλὸν ἦσεν, εἶτα ἢ δὲ ἐφήβαιον ὃ καὶ ἐπίσειον καλεῖται. Suidas etiam in voce μυσάριον. ἢ πῶρον παρ' ἀρχιλόχῳ, καὶ ἐρῆατις, καὶ δῆμος καὶ πεχεῖα. ἰσπῶνάξ δὲ βορβορόβωλυ ὡς ἀικέδαρτον ταύτην φσην ἀπὸ τοῦ βορβορέου κ' τῆς ὀπῆς, κ' ἀνεσυρτόπλιιν ἀπὸ τῆς ἀνεσύρας. ἀνακρέων δὲ παιδοσίαν πρὸς παίημιον τῆς παιδοῦρας καὶ λεωφόροι καὶ μανιόκωπον. κῆπος γδ ἢ δὲ μύσειον. ὑπέλις εἰλίποδα ἐν τῆς εἰλίσεως τῶν πιδῶν τῆς κ' τὴν μίξιν. Dioscorides, κοτυληδῶν. οἱ δὲ στυτάλιον. οἱ δὲ κωμβύλιον

κωμβάλειον· οἱ δὲ κῆπ' ἀφροδίτης· οἱ δὲ γῆς ἑμφολῶδες, οἱ δὲ σιχίς, οἱ δὲ ἑρ-
 ἱθρον, ῥωμαῖοὶ οὐμβηλίκουμ βόνους. Non sum nescius tamen Mar-
 cellum illic malle hoc de tonsura intelligi. Vide etiam Victorium
 Variarum lectionum libri 25. cap. 10. Varinus: ἐκ τοιαύτης δὲ μα-
 νίας ἀπέπαιλαι καὶ ἡ μανιδική· γυνὴ ἡ γούνη ἢ περὶ μίξεις μεμλωμένη. κῆπ' ἢ
 ῥῶν τὸ ἐπίσειον. Vulgo tamen illic legitur μεμλωμένη & ἐπίσειον. Eu-
 stathius rectè μεμλωμένη & ἐπίσειον habet pag. 536. & 1572.

*Animaduersa quedam in Herodoto loca à Valla
 malè accepta, & alijs praterita.*

CAPVT VII.

Sunt & alia prater ea quæ supra à nobis relata sunt, apud He-
 rodotum animaduersione nostra non indigna. καταλλάσσοτο, in-
 quit in Pisistrati mentione, τὴν ἑχθρὴν τοῖς αἰσώτησι. id est, Redibat
 in gratiam cum diuersæ factionis vel aduersarum partium homi-
 nibus. Hoc Valla sic: Milites homini infensos reddidit. Impo-
 suit Vallæ corruptum exemplar, quod hic σραπάτησι habet. Mox
 in oraculo Amphilyti Acarnanis quem Socrates apud Platonem
 in Theage ἡμεδαπὸν, id est, nostratē vocat, ἔρριπται ὁ βόλ'· legē-
 dum, id est, iactus est iactus, vt dicimus: ἔρριπται ὁ κύβ'· iacta est
 alea. Valla qui βόλ' legerit, vertit: Est nummus proiectus. Ca-
 merarius, iacta rudens, interpretatur. Multa prudens omitto ἀπὸ
 properans, qualia sunt illa ἡγεῖρον δωτίνας, id est, collegerunt vel
 coegerunt munera ab ἡγεῖρω. Valla, excitauerunt, ab εἰείρω vertit, &
 εἰλεδίειν, id est, conuenirent. Valla, caperentur. ῥοῖν'φ' διαμετρήσασθε
 malim interpretari schœno, quàm funiculo. Illud autem ἀνατ'
 ἔδραμον ἀντίκα καὶ εὐδωλήθησθ'. Suidas interpretatur, ἡυξήθησαν. Nec est
 legendum εὐδωλήθησαν, vt perperam habent impressi. Suidæ ver-
 ba sunt hæc: ἀνέδραμεν ἀντὶ τοῦ ἡυξήθη, ἡρόδοτος· Idem in Polym-
 nia: αἱ δὲ πῶδαυτίκα ἀνατ' ἔδραμον καὶ ἀνέβλασαν. Dion libro 44. καὶ
 τοῖς ἄλλοις πᾶσιν εὐδωλήθησαν. Vbi ex Leonicensi Gallicis interpres:
 corrigere, vertit. Illud autem Herodoti: ἐμειδῶντο παρ' οὐκ ἐμει-
 δῶντ'· τὴν ἀλλήν, vertit Valla non optimè: Conducit à nolenti
 vendere cortem. Ego malle: conducit à nolenti locare. Nam
 Pollux citato hoc loco: εἴ ποις δ' ἀνμειδῶσαιδ' οἶκον, καὶ μειδῶσαι, ἔπειρ
 ἡρόδοτος·

ἡρόδοτος· ἐμειδῶντα καλεῖ. ἐμειδῶτο παρ' οὐκ ἐμειδῶντ'· τὴν ἀλλήν. Vbi
 perperam legitur ἐμειδῶντ'· & ἐμειδῶντο. Plato in Theage: τῆνα
 ἐπῶνυμίαν ἔχει βάλεις τε καὶ σίβυλλα καὶ ὁ ἡμεδαπὸς ἀμφίλυτος· Brusonius
 malè ex Ficino, Bacin Emedapum & Amphilitum vates.

Quid ἀπέπειν Herodoto. CAPVT VIII.

Verbum ἀπέπειν Herodoto medium est, accipiturq; tam in
 bonam quàm malam partem: ὅς, inquit, τοὺς σούδας τοῦτοις τὸ μὲν
 πρῶτον ἀπέπειν εὖ, id est, Diligenter curabat, humaniter tractabat.
 Idem: τρηχέως κάρτα πελέσασθ' ἀεικέλη. id est, malè accepit atque tra-
 ctauit, vel iniuria affectit. Valla illic vertit: alloquebatur benignè,
 hic probris insectabatur. Alio loco ἐτόλμησας τὸν τοῦ θεοῦ παῖδα ἐόν-
 τ'· πρῶτον παρ' ἐμοὶ ἀεικέλη τοῖδε ἀεισπείν. & libro 2. τοὺς τε παρῶ-
 λοις βηχέως ἀεισπείν. Vbi Valla: ministros malè mulctasse. Item:
 ἀλλ' αἰτε πολέμοις ἀπέπεινοι. Idem in primo: ὁ κύβ'· τ' παῖδα τρηχέως
 κάρτα περίεπι μαστῆγων. Valla multis vulneribus affectit. ἀπέπειν, in-
 quit Moscopulus, τὸν φίλον πνεα κυβερνῶ καὶ δάλλω. διέπειν τὸ διοικῶ.
 Xenophon in Symposio: τοῦτον ταῖς μεγάλαις ἀν τιμαῖς ἀπέπειν.
 Dion in initio libri 45. ἡγάπατε καὶ ἀπέπεινε αὐτὸν· Herodianus in
 primo: γίνεσθε δ' ἡ αὐτῶ ὑμεῖς ἀνδ' ἐνὸς ἐμοῦ πατέρες πολλοὶ ἀπέπειν-
 τές τε καὶ τὰ ἄεστα συμβουλεύοντες. Idem libro 5. οἱ δ' ἐν μετρίῳ πρᾶξεων
 εἰς τὸτο ἐλθόντες ἀπέπειπεν αὐτὸ ὡς κωμαίω κ' ἱθρὸν. Xenophon: μάλα
 ἀπέπειν οἶκον. Herodotus in Vrania: ἐσώθησαν ἑσὸ ἡφ' φωνέων καὶ πε-
 εἰσθησαν τρηχέως.

Emendatur Herodotus, & notatur Interpres.

CAPVT IX.

Illud quoque apud eundem in primo obseruatione non indi-
 gnum, vbi Græce legitur: διὰ δ' αὐτῶ ποταμοὶ ῥέοντες καὶ ἄλλοι καὶ ἄλλ'·
 σφίρηνοι εἰς τὸν μέγιστον, καλούμενοι δὲ ἔρμον, ὅς ἐξ οὐρε· ἱροῦ μιντρός
 διηνδυμένης ἐμειδῶσι εἰς δάλασσαν καὶ φωναίωι πόλιν. id est, Per eum flu-
 entes cum alij fluuij, tum Hellus irrumpit in maximum fluuium
 vocatum Hermum, qui ex monte sacro matri Dindymenæ ma-
 nans labitur in mare. Nunc Vallam audiamus: Quem, inquit,

Z

cura

cum alij amnes interfliunt, tum omnium maximus Hermus palude interruptus, qui è monte Hiro matris Dindymenæ . Error est in ἕλλο, pro quo ipse ἕλλο legit; & in ἱρῶ pro ἱερῶ Ionicè vsurpato. Ego ex Homeri Iliados v. & ex Strabonis 13. legendum suspicor ἕλλο. ὕλλω, inquit, ἐπὶ ἰχθύεντι καὶ ἔρμω διμήνεντι . Strabo : καταφέρεται δὲ ὁ πακτωλὸς εἰς τὸν ἔρμον εἰς ὃν καὶ ὁ ὕλλο ἐμβάλλει φρύγιον καλούμενον . συμπίπτοντες δὲ οἱ τρεῖς καὶ ἄλλοι ἀσημότεροι σὺν αὐτοῖς εἰς τὸν φωκαίαν ἐκδιδύσασιν θάλασσαν ὡς φησὶν ἠρόδοτος . ἀπὸ δὲ καὶ μυσίας ὁ ἔρμος, ἐξ ὅρου ἱεροῦ τῆς δινδυμῆνης . id est, vt interpretes illic vertit : Defertur Pactolus in Hermum, in quem etiam Hyllus, qui nunc Phrygius appellatur, illabatur . Hi tres & alij ignobiliores concurrentes in Phocæicum mare exeunt, vt ait Herodotus . Hermus Mysiæ initium est, & è monte sacro Dindymenæ Arrhianus in 5. ὅς χρι τὴν ἀσίαν γῆν ἀνίσχων ἐξ ὅρου μιστρὸς δινδυμῆνης παρὰ πῶλιν σμύρναν αἰολικὴν ἐκδιδοῖ εἰς θάλασσαν . Deinde legendum apud Herodotum : καὶ χρήματα τὰς δὲ διαφορῆς . i. diripit, differt, non διαφορῆς . Illud autem : ὃ δέσποτα ἐάσας με χρεῖν μάλιτα τὸν θεὸν τῶν ἑλλήνων, ἢ ἐπίμισα ἐγὼ θεῶν μάλιτα ἐπαίρεσθαι πέμψαντα τὰς δὲ τὰς πῆδας . puto significare : O here rem mihi gratissimam feceris, si mihi permiseris deum Græcorum, quem ego maximè omnium colui, missis his ad eum pedicis interrogare. Valla hoc ita : Here, inquit, sine me gratum esse erga deum Græcorum, quem ego maximè omnium veneratus sum, vt missis ad eum his vinculis . Mox legendum : κροῖσθαι δὲ οἱ ἐπιλλόγησε, non ἐπιλλόγησε, ex Polluce & Budæo, tamen apud Pollucem οὐτὸ δὲ καὶ legitur, pro κροῖσθαι δὲ οἱ . Infra Herodotus : αἰσούων δὲ κρύπτων τὸν οἰονείχε χόλον διὰ τὸ γερονδός, φροῦται μὲν κατὰπερ ἦκουσε φροῦς τῶν βουκόλου τὸ φησῖμα, πάλιν ἀπηγάτο πρὸ ἀρπάζου, μετὰ δὲ ὡς οἱ ἐπιλλόγητο . Quod Budæus sic vertit : Postquam iterum idem ab ipso dictum est harpago, id est confirmatum.

Qui sint Enares, apud Scythas.

CAPVT X.

Quod apud Herodotum sequitur, nihilo melius Valla est interpretatus. Græci auctoris hæc sunt verba : καὶ τοῖσι τουτέων αἰετὸν ἐμύονοισι ἐλέσκηθεν ἡ θεὸς θήλειαν νοῦσον, ὡς ἅμα λέγουσι τε οἱ σκύθαι διὰ πᾶτο σφέας νοσεῖν, καὶ ὄραν παρ' ἐαυτοῖσι τοὺς ἀπικνεμένους εἰς τὴν σκυδικήν χάρην

χάρην ὡς διακίεται τοὺς κελῶνοι ἐναρέας . id est, Atque horum posteris semper dea immisit morbum muliebrem, Nam & Scythæ ideo se eo morbo laborare fatentur, & videre eos qui regionem Scythicam perlustrarint, quò pacto illi affecti sint, quos Enareas Scythæ vocant. θήλειαν νοῦσον interpretatus sum morbum muliebrem ex Politiano in quartum Herodiani qui illud εἰς ἀνανδρείαν καὶ θήλειαν νόσον διέβαλλεν vertit, quasi degenerem ipsum, morboq; muliebri laborantem calumniabatur. Διακίεται hic dictū est Ionicè pro διακίενται, quale est Homeri illud Iliados σ'. ἐν νηυσὶ κέαται, & Iliad. τ'. νῦν δ' οἱ μὲν κέαται . Valla ab αἰετοῦ, id est, medeor vel curo deflexit nullo sensu, quem ideo audire est operæpretium . Morbum, inquit, immisit Thelian, vt simul & ipsi fatentur Scythæ, se videlicet illo morbo ob id laborare, & videre licet apud Scythas hunc morbum curantes, quos Enareas appellant Scythæ . Herodotus libro 4. αὐτὴ μὲν τῶν ἡμαντικῶν πατρῶν τριεστὶ οἱ δὲ ἐναρέες καὶ οἱ ἀνδρόγυνοι τὴν ἀφροδίτην λέγουσι τριεμαντικὴν δοῦναι . Hic Valla : Enaries qui sunt Androgyni. Cælius libri 7. capite 29. Nares verò quos esse Androgynos putat Herodotus. malè ommissa prima littera E. Idem superius illud ita vertit libri 23. cap. 3. Scythis qui templum Veneris Vranix in Ascalone expilarunt, ira numinis cum posteritate omni femineum morbum esse immisum, quo argumento Enares sunt appellati. φιλοκλήτης διὰ τὸν πάειδοθαι θάνατον θήλειαν νόσον νοσήσας . Interpres Thucydidis. Aristoteles Ethicorum libro 7. cap. 7. ἀλλ' εἴ τις φροῦς ὡς οἱ πολλοὶ δύναται ἀντέχειν τούτων ἢ πᾶται, καὶ μὴ δύναται ἀντιτίθεν, μὴ διὰ φύσιν τοῦ γένους, ἢ διὰ νόσον ὡσπερ ἐν τοῖς σκυθῶν βασιλεύσιν ἡ μαλακία διὰ τὸ γένος . id est, Qualis est in Scytharum regibus mollicies, Felicianus tamen, Perfarum regibus, vertit. Corinthus qui de linguis scripsit, ἐναρέας interpretatur ὀπίστας . Annotarunt quidam Enarias esse Scythas euiratos vates, quorum alicubi meminerit Hippocrates, ἀνανδρεῖς eos vocans.

Quid Herodoto significet παειδῶν δειλίω, ἀχρεῖ & cetera, & emendatur Strabo. CAPVT XI.

Quid hoc quod mox sequitur apud Herodotum significet, non est passim obuium, ὃ βασιλεύς ἔτε ἄλλο τὸ κωπεῖδες ἀνδρὶ πρὸς δὲ ἀχρεῖ

οὐδὲν, quod Valla putavit significare: Neque alias vnquam Rex huic viro rem iniunxisti ingrātā. Ego mallem, Notaſti in hoc viro Vidisti. Idem Herodotus ſupra: οὐτέ τινα δειλίω μοι παιδῶν οὔτε ἀδυμίλω, quod Valla rectè ſic vertit: Nulla in me animaduērſa neque ignauiā neque ſocordia. Et pauld pōſt: ὃ παῖ οὔτε δειλίω, οὔτε ἄλλο οὐδὲν ἀγχαί παιδῶν τοι ποιέω ταῦτα. Hoc Valla etiam eleganter ſic reddidit: Fili, inquit, neque quod ignauiam, neque quod aliud quippiam iniucundum mihi animaduērterim in te hoc facio. Thomas Magiſter citato hoc loco: παρῆδε, inquit, ἀντὶ τοῦ ἐνείδεν ἀπὸ δοππῆς εἰς αἰτιαππῆν. Mox: πολλοὶ ἐξελαύνουσι ἐν τῆς χῶρης κὺ τῆς λαοῦς ἀπειρεῖς τὴν αὐτὴν αἰτίω δηφῆροντες, id eſt, multi pellunt etiam albas columbas ex regione eandem cauſam afferentes. Vbi Valla: Atque ob eandem cauſam albas columbas in eam regionē afferentes. Mox: ἦρδ δὲ παιδασιέες οἰκοῦντες ὑπὲρ ἀλικαρνασσῶ μεσόγαυα, τοῖς ὄκως ἰ μέλλοι ἀνεπιτήθειον ἔσεαδς αὐτοῖς τε κὺ τοῖς ἀπειροῖς ἢ ἱερέη τῆς ἀδωμάης πῶγωνα μέγαν ἴχλ. βίς σφι τοῦτο ἐγένετο. id eſt, Erant autem Pedasēſes habitantes mediterraneam regionem vltra Halicarnaffum, quibus quoties euenturum eſt, vel ipsis vel vicinis aliquid incommodi vel infortunij ſacerdos Mineruæ magnam barbā habet. hoc ipsis ter contigit. Valla multò aliter: Pedasij qui mediterraneam ſupra Halicarnaffum colunt, alijq; vicini maximam diligentiam adhibere feruntur, vt eorum ſacerdos Palladi ſacram barbā habeat, id quod ter illis accidisse putatur. Herodotus in Vrania: ἐν δὲ τοῖς παιδασιέας τούτοις τοῖνδε φέρετ) παρῆμα γίνεαδς, ἐπειὰν τοῖς ἀμφικλύοσι παῖσι τοῖς ἀμφὶ ταύτης οἰκέουσι τῆς πόλις ὁ μέλλη π ἐντὸς χρόνου ἔσεαδς χαλεπὸν ἴδ τε ἢ ἱερέη αὐτόδι τῆς ἀδωμάης φύς πῶγωνα μέγαν. τοῦτο δὲ σφι δις ἦδν ἐγένετο. id eſt, Apud Pedasēſes hos hoc rei fertur contingere. Quoties vicinis omnibus circa hanc urbem habitantibus, aliquid aduerſi certum intra tempus eſt euenturum, tunc antiftiti, quæ illic Mineruæ eſt grandis barbā nascitur. Hoc autem ipsis iam bis accidit. Valla apud Pedasēſes hoc rei fertur accidere, vt quoties Amphictyēſibus, qui circa eam urbem habitant, aliquid aduerſi certum intra tempus eſt euenturum, & cætera. Emendandus eſt obiter ex Herodoto Strabo, cuius libro 13. hæc verba inuenio. τοῖς δὲ παιδασιῶσι τέτοις φησιν ἠρόδοτος ὅτε μέλλοντι δηπτήθειον ἔσεαδς καὶ τοῖς ἀπειροῖς τὴν ἱερείαν φ ἀδωμάς.

ἀδωμάς πῶγωνα χεῖν. τῆς δὲ τοῦτο συμβῆναι αὐτοῖς. Hic legendum eſt ὅτε μέλλοι π ἀνεπιτήθειον ἔσεαδς, non vt vulgo legitur, ὅτε μέλλοντι δηπτήθειον ἔσεαδς. Quod Interpres Vallam, vt videtur, ſecutus, ita vertit: Pedasij & horum finitimi, vt Herodotus ſcribit, maximam diligentiam habent, vt eorum ſacerdos Palladi ſacram barbā habeat, quod eis ter contigit. Cælius vidit quidem hunc errorem, ſed non ſuſtulit, ita ſcribens: In monumentis veterum Græcorum legitum eſſe ſuper Halicarnaffum Pedasēſes; apud quos illud mirum ſolitum contingere memoriæ proditum ſit, vt quoties ipsis aut circumiacentibus aliquid aduerſi certum intra tempus eſt euenturum; tunc antiftiti, quæ illic Mineruæ eſt grandis barbā nascatur, quod ab Ariſtotele repetitum quoque ſcio. Sed & Herodotus ſcribit historia prima, verum in Græcis modò codicibus, quin & libro octauo relatū obſeruauimus. Quam rem bis, vel vt alij præferunt, ter apud eos accidisse compertum eſt. Meminit ex Herodoto item libro 13. Strabo, ſed ita vt Interpres hanc hanc haudquaquam aſſecutus deliraffe proſum videatur. Hactenus Cælius. Ariſtotelis verba ſunt hanc hanc animalium libri 3. capite 11. Pili in mento mulieris non prodeunt, niſi interdum pauci, cum menſtrui curſus ſubſtiterunt: & vt in terra Caria mulieribus ſacerdotibus euenire aiunt, quod diuinationis indicium interpretantur. Mox apud Herodotum eſt: πολλοὶ πλὴν ἀδωκοντα ἰστέων εἰσὶν ἐπὶ κλυδες, αἱ δὲ δὲ δωκοντα ἰστέων αὐτῶ ἐπὶ κλυδῶντα ἐδημῶουσαι, κὺ οὕτω ἀπειροῖς γίνονται. id eſt, Plærque omnes præter octoginta familias aduenæ ſunt. Quæ octoginta familiae, tum peregrè exiſtentes ſuperſtites manſerunt. Valla ad hunc vertit modum: Hi omnes præter octoginta quosdam Iſtiorum ſunt conuenæ. Qui octoginta tunc emigrantes ſuperſtites remanſerunt. In eodem libro Valla pro ὄωσι quod idem ſignificat quod σῆδουσι, id eſt incernunt & colant, legit ὄωζουσι. id eſt, conſeruat. Totus locus hic eſt τοῖς ἰχθῦς ἐπαίτε ἀν δηρεῦσαιτες ἀμῆνωσι παρὸς ἦλιον παειῦσι ἰά δε. ἐσβαλλουσι ἐς ὄκμον, κὺ λείναντες ὑπὲροισι σῶσι διασπιδόντ). id eſt, In pilam coniectos, & piſtillis comminutos incernunt per linteum. Valla: Piſtillis pinſunt, deinde linteis cōferuant. Quod autē κληωνῶσι, id eſt, tolenonibus vel celonijs, Valla verterit, ſcribibus, etiam ab alijs reprehēſum eſt.

Indicantur alij eiusdem Interpretis lapsus ex 2. Herodoti.

CAPVT XII.

Si quis velit in secundum Herodoti librum inquirere, non pauca apud eundem Interpretem inueniet vera corrigenda. Eius generis est hoc: *κατεῖς καταπερσθηρίω πηλῶντε ἀνοίσεις.* id est, Demissa bolide aut funiculo aliquo periculi facienda gratia connum- que referes. Valla putauit hæc omnia valere: Patieris sensum cœni. Idem tamen hoc quod sequitur rectè vertit: *οἶα δ' ἐμβάλον- τ' ὅτ' ὕδατ' τοῖσι οὐρεσι μὴ δύνασθ' καταπερσθηρίω εἰς βυσσὸν ἵεναι.* ad hunc modum, quemadmodum præcipitantis è montibus aquæ nequit funis ad explorandum demissus peruenire ad fundum. Vna dictione hic legendum esse *καταπερσθηρίω*, non *κατὰ περσθηρίω*, vt habent impressi, indicauit Budæus in Commentarijs scribens, instrumentum esse, quo altitudinem maris explorant, quod bolis aliter dicitur. Deinde, vbi Græcè legitur, *δικακίων ἴην ἀλέξοδον ἀπὸ.* id est, exurens; ille legit *δικαιῶν*, vertens, dum exæquat. Quod mox sequitur; *ἐπεὶ δ' αὐτὸ πρὸς τὸ βωμῶν καταρχοντο.* id est, Cum illi ad aram admoto molam inspergerent, vel capillū vellerent: vt Budæus sentit. Valla vertit: Dum illi ante aram eum stitissent. Sequitur: *δαίμονα ἦγλω, ἢ ἔθ.* id est, Numen esse ducunt vel existimant. Valla: Dæmonem agunt. Illud autè *ἐπεὶ δ' ἐποτύφων.* id est, Vbi plangere desierint, apud Interpretem deprauatum est à Typographis; nam pro, eiulauerint, legitur, exulauerint. Nos interpretationem nostram ab Hesychio accepimus, cuius hæc sunt verba, *ἐποτύφων, πύσσω, τυ- λιαδ.* Lucianus in dea Syriæ: *ἐπεὶ δ' ἐποτύφωνται τε καὶ ἐποκλαύσω.* Eisdem librarijs debemus, quod, imitatur, hic legitur pro, initia- tur, cum Græcè sit *μεμύηται*, quodq; pro mentula, vt adhuc rectè legitur apud Brusonium capite de libidine pag. 231. inuente, id est, *γεῦον ἰδ' αἰδῶν*, illic legitur, mentula in ventre. Adhæc quod libro primo impressum est, constabant laboris plurimum, pro constabant. nam Græcè est *παρέχ' ὄνον*, & quod pro vitino fructu, id est, *ἀμπελινῶν καρπῶν*, vicino fructu, vt pro, vitrearum colum- narum, vitrearum columnarum, in Itinerario D. Clementis: pro *κονφότατα φέρων*, id est, leuissime, quidam codices habent, senis- sime: & pro, in palustria relegandum, in plaustra religandum. Se- quitur:

quitur: *ἐπεὶ ἴερ' ἄσπερ ἂν πλειεῖς ἀνδρωπῶν φωνῆ φθέγγετο;* i. Nam quo pacto columba posset humana loqui voce? Vbi Valla: Nam columba quodam modo humanā vocem sonat. Nec illud rectè Valla: *αἱ δ' ἀνασφύρον ἄνις ἀμύνα.* i. alia; verò reuelant pudenda sur- gentes. Nam ille vertit: Alia; surgentes retrahunt illas. Deinde longo interuallo sequitur apud Herodotum: *ὅς οἱ τὸν πατέρα ἐκὼν ἀπέκλειεν,* id est, qui patrem eius volens dataq; opera interemerat. Laurentius vertit: Qui patrem eius Necum interemerat.

Quid inter alia ποδῶν & ποδός, & Valla erratum indicatur in voce δαπλοῦς, & quid ἀπεματάσει.

CAPVT XIII.

Quid ποδῶν significet in Herodoti sequentibus verbis, paucis compertum esse video: *ὀπισθῶσιν ἢ ἀσίων δύο ἢ τρεῖς ποδῶνας;* αὐτὸν λύνει ἀπεμμένους. id est, duos aut tres vtrium petiolos pendu- los resoluisse. Valla pedes est interpretatus. Sunt qui quod vtrinque in vtribus eminent, ποδῶνα siue πόδα Græcè dici tradiderint. Sic πόδα βαλαντίου dixisse Aristophanem scribit Pollux. Ex- tat apud Euripidis scholiastem oraculū datum Ægeo deum con- sulenti, qua ratione pater fieri posset, in quo ἀσκού ποδῶν signifi- cat virile membrum: *ὅτι ὁ ποδῶν τὸ ἀσκού παρέχει ἄσπερ τὸ αἰδοῖον τῆς γαστρὸς.* Carmen autem est istud:

*Τὸν παρῶντ' ἀσκού ποδῶν ὃ φίλτατε λαῶν
μὴ λύσει πρὶν ἱερὸν ἀδελφῶν ἀφικέσθ.* id est,
*Ne soluas ex vire pedem qui prominet, ante
Cecropiæ pingues quam sis delatus in agros.*

Ad hunc modum vertit elegantissime Muretus, qui in hoc à nobis dissentit, quod oraculum hoc non Ægeo, sed Peleo redditum scribit lib. 3. capite 14. Isaacius ita legit 79.

*ἀσκού τὸν παρῶντα ποδῶνα φέρτατε λαῶν
μὴ λύσει πρὶν ἐς ἀκρον ἀδελφῶν ἀφικέσθαι.*

Historiam ad Ægeum referens Plutarchus, πόδα μέγα φέρτατε λαῶν μὴ λύσει πρὶν δῆμον ἀδελφῶν ἀφικέσθ, legit, de Ægeo agens. Quinetiam Euripides pro me facit in Medea ita scribens:

*ἀσκού μετὸν παρῶντα μὴ λύσει πόδα
πρὶν ἂν πατρίαν αὐδῆς ἐσίαν μέλα.*

Sunt

Sunt enim Ægei apud eum hæc verba ad Medeam . Lucianus in 2. verarum narrationum : *ὡς ταῖς χερσὶ τοῖς ποδῶναι κατέχοντες*. Aristophanis scholiastes scribens in hæc verba Aristophanis : *τοὺς ἀργαλοφούς ἀπειτέρων, τὰ ἀπειτέρων*, inquit, *ὡς ἀχρηστὰ, ἀργάλοφοι γὰρ τῆς μηλωντῆς, οἱ πόδες οὗς ποδῶναι καλοῦσι, ὡς οὗτοι ἀχρηστοί*. Eodem sensu dixisse videtur Theocritus : *ἀκρων ἀέρμα λέοντι ὅ ἀφημιμένον ἐν ποδῶνων . τῆς Δωρίδ ὅ ποδῶν*, quidam vertunt, aditum Doridos . Herodotus in Vrania : *τῆς γὰρ Δωρίδ ὅ χῶρης ποδῶν σενός ταύτη κατατένης*. Vbi Valla, Podion angustus . Ego, pedem, vertissem, vt pedem montis dicimus etiam . Suidas *ποδῶνες εἶδ ὅ γεωργικόν, ὡς πρητούς ποδῶνας ὁ γατόμ ὅ ἀνδρὶο δουὶ*
πάρμης ἀνιρῶν πεινσάμῃ κερμάτων.

Pollux inter deriuata à nomine *πους ποδῶν ἀκού* ponit . Illud Valla erratum grauius est, quod *ὀππολῆς δὲ ἐπέσι αὐτὸ ἐλλύχιον*. id est, supernè autem inest ipsū ellychnium . Valla vertit, cum multo ellychnio, legens *ἐπὶ πολλοῦ ἐλλυχνίου*. Illud *ἀπεματάσει* ego cum Adriano Iunio, qui in verbo *ἀπεματάσει* mecum facit, interpretor, crepitum emisit, non stolide iubet, vt putauit Valla . Nam Plurarchus pro eo *ἀπεφόρησε* habet, quod, crepitum edidit, significare docemus in nostris commentarijs in apophthegmata Stratonici . Testatur hoc etiam Phauorinus apud Stobæum his verbis : *ὁ κοιωτίος ἐντυχὼν τῷ θησαυρῷ μετὰ ἐβδουμήκοντα ἔτη ἐπαύρας τὸ σκέλα ὅ ἀπεματάσει*. id est, sublato crure pepedit, significans se contemnere thesaurum in ea ætate, in qua iam eo vti non posset . Gesnerus tamen, sublato crure ipsam contempsit . In hunc sensum quoque accipio illud Athenæi libro 3. *φυλάξει δὲ τὰς γυναικὰς ἐδιδόν τὴν Ἰλυκυσίδην διὰ τὸ ποιεῖν ματαίσιμους*. Alij malunt fatuitatem vel insaniam significari . Hesychius : *Ἰλυκυσίδη φουτὸν παῖδον ὣς τελοῦν πρὸς ἀποπήματα ὅββ γυναικῶν* . Apud quem fortè etiam *ἄποπατήματα* legendum pro *ἀποπήματα*. Idem Valla : *ὁκτωκάδεκα πηχέων ὡς πυγόν ὅ, τὸ δὲ εὐρ ὅ δώδεκα πηχέων*. id est, octodecim cubitorum, & pygonis vel viginti digitorum, latitudine verò duodecim cubitorum, vertit, duodeviginti & amplius cubitorum, ceteris omisis .

Annotan-

Annotantur eiusdem Interpretis lapsus in Thalia.

CAPVT XIV.

Sunt etiam in Thalia nonnulla, quæ tacita præterire nolui, quale est illud statim in ipso initio : *καταμεθύσας γὰρ τοὺς φυλάκους*, id est, inebriatis enim custodibus . Vbi Valla conuertit : *μακτῆσι custodibus, καταθύσας* nimirum legens . Deinde : *καὶ τοὶ Ἰνάρωτε ὡς ἀμυρταίου οὐδαμοῦκα πέρσας κερὰ πλέονα ἐργάσαντο*. i. tametsi quam Inarus & Amyrtæus nullisdum Persis plus damni dedit . Valla : *Nec ipsis Inaro & Amyrtæo quicquam amplius à Persis irrogatum est* . Paulò post : *οὐδὲ γὰρ ἂν τοσαῦτα δύνασθ ζώων Ὀφέας εἰμὴ τὰ πύμαπ ἀνέφυρον, φράζων τοῖσι ἰχθυοφάγοισι τὸν οἶνον*. ἴστω γὰρ ἐουτούς κατὰ περσέων ἐατέσθ . i. Neque enim tot eos victuros fuisse, nisi potu cō spergerent atque miscerent, de vino hoc dicens Ichthyophagis; hac enim res fese Persis esse inferiores . Valla : nisi hoc potui acceptum referrent, affirmantibus Ichthyophagis de vino ita esse; hoc enim ipsos Persis subdidisse, ἀνέφυρον legens & φράζωντων . Sequitur : *ἀείσον ὃ αἰρεομένοισι*. i. prandentibus . Sic Suidas ex nescio quo *ὡς δειπνον αἰρεομένοις* . Ita ὕπνον & σίτον apud Thucydidem in 2. *τοὺς δὲ ὕπνοντε ὡς σίτον αἰρεῖσθ*. i. alios verò somnumq; & cibum capere . Suidas : *σίτον δὲ αἰρῆ τὸν αὐτὸν ἐκείνοισι ὡς πύμα πρὸς ἀπλήσιον* . D. Gregorius Theologus : *σίτον αἰρεῖσθ ὡς ἐδία* in priore contra Iulianum . Xenophon in Hierone : *ποῖον μὲν πνα σίτον ἡροῦ*. i. quemnam cibum ceperis . Erasimus optaueris vertit . Nam quod in epistola Amasidis Inuidum nomen sit legitur, pro numen; Typographis imputandum est . Sequitur longiore interuallo *βιβλία σεβομένοις*. id est, litteras venerari, non venari, vt habent Latine impressi libri . Mox in mentione Democidis : *ὡς ἡπάματα ἰχυρὰ πρὸς ἀζων*. id est, fomenta efficacia & vehementia admouens . Vbi Valla : *Et læuia post acria admouens, pro ἡπάματα legens ἡπά μετὰ*.

Castigantur nonnulla Xenophontis in Hierone loca, & notantur Interpretis. CAPVT XV.

Xenophontis aureolum libellum, cui titulus est, Hieron siue tyrannus, interpretatus est prius Erasmus anno M. D. xxx. testatur hoc epistola nuncupatoria ad clarissimum virum D. Antonium

nium Fuggerum. Eidem libello *δ' ἄλλοις φροντίδαις* admouit, vt ipsius verbis vrar, anno xxxij. Ei rei testimonio est Erasmi epistola ad ornatissimum virum D. Ioannem Choletum p̄positū Cūriensem, qua ille dedicauit etiam ei duas D. Baslij homilias de laudibus Ieiunij, à se versas. Indigni igitur sunt venia, qui anno xlv. cum ceteris Xenophontis operibus latinè ediderūt priorem Erasmi editionē. Nec Gesnerus culpa vacat, qui apud Stobæum etiam priorem hanc Erasmi versionē p̄tulerit, quam ipse auctor posthabendam putarit. Afferam hic quædā haud dubiè meliora, quàm fuerint in priore, ex posteriori. Xenophon Græcus habet, *πῶς ἢ πάντες ἑξήλων ἀντιπύους τυρένοις*; Erasmus in priore editione ita verterat: Rursus qui fieret, vt omnes eijciant, si queant tyrannos? *ἑξήλων* legens. Eam lectionem vt absurdam in posteriori repudians, vertit, qui fieret vt omnes tyrannis inuideat. Gesnerus, vt omnes tyrannos æmulentur. Ego, vt omnes reges beatos esse ducant? Vt ut eadem voce infra quoque, sed locus est ni fallor mendosus: *ὁ δὲ ξηλάσους ἡμᾶς ὡς τοὺς μὲν φίλους μάλιστα εὖ ποιεῖν δυναμένα, τοὺς δ' ἐχθροὺς πάντων μάλιστα χειρόμεθα, οὐδ' ἐ ταῦτα οὕτως ἔχει.* hoc Erasmus ita: Alius verò nos suspicit hoc nomine, quasi summa nobis facultas bene merèdi de amicis, contra omnium maxime valeamus inimicos lædere: Atqui ne id quidem verum est. Ego omnino censeo legendum: *εἰ ἢ ξηλάσους ἡμᾶς ὡς*. i. Sin nos beatos iudices propterea quòd. Hoc non vidisse miror Brodæum, qui nuper in eum libellum edidit annotationes. Est & alius locus aliquanto post ab eodē Brodæo p̄teritus, hic obiter à nobis indicandus. *κὶ ὅταν γὰρ ἰάχῃς κενρὸς πῶς εἴη, ἢ περὶ ἢ ἢ κτλ. δ' ἀλαστον ἐξορμᾶσαι ἀκῆπι πρεσβέρον τοῖς βασιλευσίν.* Hic quis non videt legendum esse, *οὐκ ἐπιπρεσβέρον*. i. non est committendum negligentibus, vt rectè Erasmi & Brodæus verterūt. Sunt & alia in posteriori editione meliora, quàm in priori, quorum nonnulla hic adiecimus: *ἔτε ἰαὶ οἶκοι κῆπιπυ* ἢ ἐχθρῶ, inquit Xenophon. Erasmus in posteriori editione, nec quæ domi possident in tuto sunt. Idem in priore absurdè: nec pro his quæ domi possident, acceperunt pignora, *ἐνέχου* legens. *ἴτετι δ' ἀντὶ τῶ ἀγαθῶ φοβοῦν* ἢ, hos cum suspicere debeat, metuunt, posterior: hos cum diligere debeant, metuunt, prior. Eadem editio *ἴτε δὴ* iam nosti, vertit: Posterior, Age verò. Sunt quæ neutro-

bique

bique rectè se habeant. Vt quod *διὰ τῆς πολεμίας*. i. per hosticum, ille vertit: per hostilia castra. intelligitur enim *γῆς*. Paulò post: *εἰς τὴν πολεμίαν*. Idem vertit, in expeditionem. *οὕτω δὲ πόρρω περὶ ἐπιλύθαισι φυλακῆς* interpretatur Erasmus, In tantum autem occuparunt, ne sit opus satellitio. Brodæus: In tantum autem processerunt, ne sit opus satellitio. Ego malim, eò vsque progressi sunt in custodiendo. Quod autem Xenophon habet: *κὶ μὴν παιδικὰ γὰρ, ἐν οἷς δὴ καὶ σὺ μάλιστα κειτεμέμην τὴν τυραννίδα, ἡμισυ δ' ἐν αἰσχρῶς ἀν' ἀντιπύχοι ὁμιλῶν τῆτο ὑπολογίζεθ.* Iam & iuuenum amicitia quo nomine tu quoque maximè tyrannidem inculabas, minimè molesta est principis senectuti, minimèq; venit in suspicionem, si cum quocunque habeat familiaritatem, Erasmus reddidit. Brodæus: Nec verò pueri hominis, qui magistratū obit, senectutem grauiter ferunt, nec eius deformitatem reputant, cum quo stupri consuetudinem habent, si magistratum gerat. Sequitur, *ἀντὶ δὲ τὸ τεπιμῆδξ μάλιστα σιωπεποσμεῖ.* Erasmus: Quin potius hoc maximo est ornamento à principe magnifieri. Brodæus: Magistratu fungi virum etiam turpem decorat. Notarunt Budæus & Brodæus in voce *παιδικὰ* hic cum masculino singulari constructo *ὁμιλῶν*, haberi sensus & significati rationē, non vocis. Quod autem Dailocham puellam, & *παιδικὰ ἀφροδίσια*, Erasmus, puellarū amores vertit; id consulto ab eo factum est, ne pueri rem obscœnam intelligerent.

Aperiuntur aliquot errorum interpretis Herodoti in Melpomene loca. CAPVT XVI.

Rara eruditione fuit Laurentius Valla, sed vt homo lapsus est interdum, quod mirum non est, in tanta deprauatorum librorum copia. Is autem illud Herodoti in Melpomene non longe ab initio: *οὐ διενιωυτίζεν* rectè verterat: Nunquam perennare. Sed peramare Typographi substituerunt. Eisdem acceptum referri debet, quod pro, *Quam* duxerunt illi qui è Cæcis geniti fuerant. Et ad Emporium, vulgo legitur, *Quam* dixerunt illi qui è Græcis geniti fuerant Oryxan & ad emporiū. Nā Græce est, *τὸ οἰκὸν τῆς Ἰσφλῶν χυρόμενῶ ὄρυξαν*. Dixit autē eleganter Valla: Duxerunt foissam, pro eo quod Græcè est *ὄρυξαν*, ex quo deprauator aliquis proprium

proprium fecit, duxerunt, in dixerunt, commutato; & Cæcis, in Græcis, triplici nimirum errore vno in loco. Sequitur: ἀλλ' ἢ μὲν πρώτη κλῆσις. i. prima classis. i. λέξεων à verbo λέξάνω. Corinthus enim, Ionas λέξιν κληρον dicere, est auctor, & Suidas, λέξιν, inquit, τὸν μειωμὸν ἠρόδοτος. Valla: sed prima Laxiorum. Idem paulò post: τὸν ἑνὸν τὸν ζουνακόν. i. Vber Suniacum. vertit: Iugum Suniacum. Et ἰσῖαν τὴν σκυθῶν βασιλείαν. i. Vestam Scytharum regnam. pro quo Valla: Solium Scytharum regnum. Idem hoc eodem libro: τὰς βασιλῆϊας ἰσῖας ὀπίσθου, vertit, per regia folia. Cælius libri 18. cap. 24. vertit, per Regias Vestas. Idem: διὰ πεντητηρίδου. id est, quinto quoque anno, vertit: cum naui quinque remigum, nimirum πεντήροισι legens. Mox: τοὺς δὲ ἀπέλεθους ἐπεὶ οὐκ ἐπιβύσσει αὐτὴν ἄνθρωποι, Valla: Ex quibus vbi palmulas præmaturas decerpserunt, ad solē siccantes eas maturefaciūt. cum haud dubiè vertere debuerit: Locustas vbi ceperint, siccatas ad solem molunt. Nam ἀλοῦσι pro ἀλήθουσι, & ἀλεῖ pro ἀλίθει Atticos dicere, auctor est Hesychius. In Lexicis plerisque Græcolatinis, legitur ἀλεῖ veritas, quasi verò ἀλήθεια scriptum esset in Hesychio. Castigandus obiter Thomas Magister, apud quem perperam legitur ἀλεῖς, οὐκ ἀλιεύεις, cum legendum sit, οὐκ ἀλήθεις. Apud eundem rectè legitur paulò post: ἀλέην οὐκ ἀλήθειαν. ἀεισοφάνης ἐν νεφέλαις ὡς περὶ κάχρυς γαλακτῆ ἀλοῦσαν. Vulgo tamè illic κάχρυς legitur. Eustathius in Dionysium: ἐδύσθη δὲ ἀτεσλάβους παρὸς ἥλιον ξηρὴν αὐτῆς, εἶδος δὲ ἀκρίδος ἀτέσλαβου. Vbi alter Interpretum: & palmarū fructibus vescūtur in sole exsiccatis. Quod sequitur: τὰ πῦρ δὲ ἢ νῦσον λαπεδαμονίοισι φασὶ λόγον εἶναι κλίται. ego sic verterem: Vt hanc insulā cōderent, aiunt Lacedæmonijs datum fuisse oraculū. Valla: Dici à Lacedæmonijs habitari debere. Sequitur de Atlantibus: οἱ ἀνώνυμοί εἰσι μόνον ἀνθρώπων ἢ ἡμεῖς ἴδμεν, ἀλλ' οὐ γὰρ φησὶ, ἐστὶ ἀτλαντες ὄνομα. i. Vniuersis enim vel cōferri quidem Atlantibus nomen est Atlantes. Valla: Nam sâles quidem apud eos vocantur Atlantes. Error natus est ex ἀλέσ, pro quo ille ἀλεσι legisse videtur. Pomponius Mela: Atlantes singuli nomina non habent. Gesnerus in Onomastico: Atlantes soli sunt anonymi, hoc est, sine nominibus in vniuersum Atlâtes vocātur, singulis nullū nomen propriū imponitur. Herod. ἐν τῷ ἐλάσφω ἀντῶν ὄνομα ἐστὶν κλειθ.

Expensum

Expensum Charisy locus, & quid Lucar sit, castigatur, obiter Plutarchi codex Græcus. CAPVT XVII.

Omnia quæ ar syllaba terminantur, inquit Charisius, neutralia sunt, vt exemplar, iubar, instar, extar, διατεκνὸν ἀργύριον. Fabricius in Roma sua: Fuit, inquit, διατεκνὸν ἀργύριον, quod extar Latino vocabulo nuncupat Charisius. Ianus Parrhasius in Claudianum: Inuenitur, inquit, & eadem forma bustar, qua calcar extarq; & similia, si Charisio credimus. Extar autem διατεκνὸν ἀργύριον significat, id est, argentum theatrale. Hastenus Ianus. Ego apud Charisium omnino legendum esse censeo: instar, extar, lucar, διατεκνὸν ἀργύριον, aut quod malim deleta voce extar, quam nusquam nisi hoc loco reperiri puto, instar, lucar διατεκνὸν ἀργύριον. Plutarchus in Problematis: διὰ τὴν τὸ τελούμενον εἰς θεῶν λούρα καλοῦσιν; ἢ ὅτι πολλὰ ἔστιν ἄλλα περὶ τὴν πόλιν ἀνεμίμενα θεοῖς ἢ κλοῦσι λούροις, καὶ τὴν ἀπὸ τούτων πρόσθεν εἰς τὰς θεῶν ἀνήλισκον. Non dubito autem, quin hic pro πολλὰ ἔστιν ἄλλα, legendum sit πολλὰ ἔστιν ἄλλοι. hoc sensu. Cur quod impenditur in spectacula lucar vocant? An quod multæ sint syluæ circa urbem dicatæ dijs quas appellant lucos; & qui ab eis capiebatur reditus, in spectacula insumebant. ἀλοσι etiam videtur legisse Cælius, cuius hæc sunt verba: Apud Romanos quæ in spectaculis absumebatur pecunia, lucar dicebatur, quoniam lucorū prouentus, qui plures circa urbē dicati dijs erāt, in ludos erogarentur. ἀλοσι, inquit interpres Homeris, Κύνην δὲ τὸ πῦρ ἔχων καὶ θεοῖς ἀφιερωμένον. Eadem propemodū verba inuenies apud Hesychium, qui etiam ἱέμενον vocat. Pollux: οἱ δὲ ἀνεμίμενοι θεοῖς τῶσποι ἀλοσιτε καὶ τεμένη καὶ ἔρημι. Libro 1. Festus Pompeius: Lucar appellatur æs quod ex lucis captatur. Lucaris pecunia, quæ in luco erat data. Lucaria festa in luco colebant Romani, qui permagnus inter viam Salariam & Tiberim fuit, pro eo quod victi à Gallis ibi se occultauerint. Cornelius Tacitus circa finem libri primi: De modo Lucaris & aduersus lasciuia fautorum multa decernuntur, ex quibus maximè insignia ne domos Pantomimorum senator introiret. Plutarchi interpres legit, ἀλλὰ, ita vertens. Cur quod in spectacula impenditur lucar vocant? An quod alia multa quoque circa urbem sunt loca dijs attributa, quæ appellantur lucos, quorum prouentus in ludos cōferunt. No-

tandum hoc quoque apud Plutarchum perperam *θεάς*. i. deas legi pro *δέας*. i. ludos vel spectacula. Idem Plutarchus in Romulo scribit id Græcis esse *ἄλσ* quod Latinis *λουκ*. i. lucus.

Quid νομὸς & νομάρχης, & Diodorus emendatur.

CAPVT XVII.

Non satis fuit Diodorum Siculum nos habere infelicitè interpretatum, nisi etiam mendosum haberemus culpa librariorū. Argumento est locus ille, qui mihi semper suspectus fuit, quem quæ non magni negotij fuit emendare, postquam illum Græcè apud Iustinum Martyrem reperi in Patænetico: *μετὰ δὲ τοῦτον προσελθεῖν λέγει τοῖς νόμοις ἅμασιν τὸν βασιλέα, ὃν ἰσοροῦσι τὰ περὶ τοὺς νομάρχης διατάξαι, καὶ τὰ περὶ τὴν σύμψασιν οἰκονομῆσαι τῆς αἰγύπτου*. Hic Poggius: Post hunc legibus multa addidit Amasis rex, quem tradunt & de ijs quæ ad monarchas pertinent, de quæ omni Ægyptiorum œconomia præcepisse. Hic ut constat Poggius nomarchas scripserat, sed Typographi deprauarunt in monarchas. Neque hic fanior Castalio editio, quàm vulgata est, ad Græcum exemplar, ut videri vult collata. Picus vetus Iustini interpres: Quartum Bocchoriū statuunt, & eundem regem, quem memoriae prodiderunt, & de modo regnandi, & de domestica dispensatione Ægyptijs præcepisse. Perionius nonus Iustinus interpres: Quem litterarum monumentis produnt, ea quæ legum latores attingunt descripsisse statuisseque. Ego *νομάρχης* interpretor *ἐπὶ νομῶν ἀρχοντας*. id est, regiuncularum, siue regionum vel prouincio- larum præfectos siue satrapiarum præsidēs. Aristoteles in 2. Oeconomicorū: *εὐαίσις σύρ & αἰγύπτου σιτραπαυῶν, ἀφίστασθαι μελλόντων τῷ νομάρχῳ ἀπὸ αἰδομένων & καλέσασθαι αὐτοὺς εἰς τὰ βασίλεια κερῆμα ἄπαντας*. id est, Cum Euæses Syrus Ægypti satrapa sensisset præfectos prouinciolarum à se defecturos, eos omnes in regiam conuocatos suspendit. Apparet tamen hinc *νομὸν* esse tantum *σιτραπαυῆας* partem. Epiphanius: *καὶ ἐπὶ βασιλειδανῶν ἐλεξανδρινοπολίτου χωρῶν. ἦτοι νομῶν. νομῶν γὰρ οἱ αἰγύπτιοί φασι τὴν ἐκάστης πόλεως περιουκίδα ἦτοι περιχώρον. εὐροῖς δ' ἂν ὁ φιλολόγος καὶ τοῦτο εἰς ἑαυτὸν ὠφέλειαν πρὸς φιλομάθειαν καὶ σωφρονεῖν εἰς εὐσεβίην (ὕψασιν καὶ φράσιν ἐπὶ ἐν θεῶν ἱερῶν κειμένων, ἐπὶ εἰς ἀπορίας τινὰς ἐμβυλλόντων δι' ἀπειρίαν. ὅπου γὰρ ἐπὶ τῷ ἀγίῳ προσφίτη ἠσπία εὐροῖς γὰρ ἐμμένον περὶ νομῶν πόλεως ὅς τ' ἰστέως ἢ νομοῦ τῆς βασιλεύου (ita enim lego, non ἢ νομοῦ πῆς βιβάσου) αἰγυπτιακῶς τὴν περιχώρον*

τῆς τυχοῦσης πόλεως σημαίνει. Notandum hic est nostram editionem vocem *νομὸν* non habere, sed *βασιλείαν* capite nimirum 19. vbi Latini libri habent, regnum aduersus regnum. Idem Epiphanius libro 3. *καὶ τὸν προσσωπλίτου καλούμενον νομῶν*. id est, præfecturam Propopitem, non vt interpres Vitus Amerpachius illic vertit: Secundum legem quæ nomen habet à Persona. Meminit huius præfecturæ Plinius libri 5. capite 9. & Herodotus, & Epiphanius alibi aliquoties. Apud Strabonem mendose, vt opinor, a Propopites legitur. & pag. 756. *καὶ μονάρχης καὶ ἐπὶ ἀρχῆς καλουμένοις, pro νομάρχης*. id est, monarchis, pro nomarchis. alibi nomarchas prætores est interpretatus Poggius. Ægyptum omnem, inquit, in sex & triginta regionēs, quas leges dicunt diuidens, cui libet prætorem præfecit qui & tributa regia exigeret, & pro regionis varietate & commodo omnia exquireret. *τὴν δὲ χώραν ἅπασαν εἰς ἕξ καὶ πεντάκοντα μέρη διελών αὐτὸν καλοῦσι αἰγύπτιοι νομούς, ἐπέστησεν ἅπασιν νομάρχης τοὺς ἐπιμαθησμένους τῷ τῷ προσδῶν ἐπὶ βασιλικῶν καὶ διοικήσοντας ἅπαντα τὰ καὶ τὰς ἐκείνους μερίδας*. Idem alibi: Ægypto omni in plures partes, quarum quilibet Græco verbo *νομὸς* appellabatur diuisa, cui libet prætor aderat, qui omnium haberet curam. Diodorus ipse: *τῆς αἰγύπτου δὲ πάσης εἰς πλείω μέρη διηρημένης ἂν ἕκασον καὶ τὴν ἑλλητικῶν διαλεκτῶν ὀνομάζει νομὸς, ἐφ' ἑκάστῳ τέτακθαι νομάρχης ὁ ἐπὶ ἅπαντων ἕχων ἐπιμαθῆσαι καὶ φροντίδα*. Budæus in prioribus in Pandectas annotationibus. Fuerunt, inquit, in Ægypto & præfecturæ, quæ *νομάρχαι* dicebantur & *νομοί*. Plinius lib. 5. de Ægypto loquens: Summa pars contermina Æthiopia Thebais vocatur. Diuiditur in præfecturas oppidorum (quas Nomos vocant) duodecim. Traianus ad Plinium: Ciuitatem Alexandrinam secundum institutionem principum non temerè dare proposui. Sed cum Iatroleptæ tuo ciuitatem Romanam impetraueris, huic quoque petitioni tue negare non sustineo. tu ex quo nomo fit, notum mihi facere debebis. Deinde idem Budæus in superiorē Diodori locum annotās. Interpres, inquit, æquiocatione deceptus sex & triginta leges dixit pro præfecturis. Cum tamē apud Græcos *νομὸς* pro præfectura accentū in posteriore syllaba habeat, pro lege in priore. Hæc Budæus. Suidas: *νομάρχαι οἱ καὶ ἰένη τῷ χωρῆς ἀρχόντες παρὰ αἰγυπτίους*. Hesychius, *νομάρχης ὁ ἐπὶ νομῶν ἀρχων* *νομὸς δὲ λέγουσι τὰ μεγάλα χωρία*. Plato

Plato in Timæo : *σαῖπκος ἑπιπλοῦ μὲ νομός*. In eodem loco : *τούτου ὃ τῶ νομοῦ σαῖς πάλις μεγίστη*. In hæc verba Proclus scribens : *ὁ μὲν δὴν νομός ἀπὸ τῶ νανευμῶος τὴν γῆν αὐτοῦς ἔχει τὴν ἐπανυμίαν . οὕτω γὰρ ἐκάλουν αἰὶνῆσι τὰς διαίρεσεις , τὰς κτ' τὰ μεγάλα τῆς αἰγυπτίου μέρη* . Iosephus libri 13. capite 18. *οἰκοδομήσαντο τὸν ναὸν ἐν ἡλιουπολίτῃ νομῶ*. Herodotus in Clío : *τεταίχιμα τὰ ἀρταβάζου ἐκ βασιλέως ἔχοντι τὸν νομὸν τούτον*. id est, Tritechniæ Artabazi filio habenti à rege hanc præfecturam siue præturam . Valla perperam : *Qui pro rege tributum hoc exigebat* . Idem in Euterpe : *ἐν νομῶν δὲ ἦν δὲ εἰσι . κτ' γδ δὴν νομοὺς αἰγυπτίῳ ἄπισσα διαεσίρη* . ἐρμουτυβίων μὲν οἶδε εἰσι νομοί, βυσπρίτης , σαῖτης , χερμίτης , παρωμίτης , νῆσθ' ἢ περσοπίτης κελουμένη . Laërtius in Demetrio Phaleræo : *θάπτε* . ἐν τῷ βουσιρίτῃ νομῶ πησίον διασώλεως . Dion libro 36. *καὶ εἰσι καὶ νῦν νικοπολιταί τε ὠνομασμένοι καὶ ἐς τὸν κρηθαικὸν νομὸν ζωτελοῦντες* . Vbi perperam νόμον legitur . Malè etiam Xylander : *Vivunt moribus . & Xiphilini Interpretes : Utuntur legibus* . Idem libro 42. *τῆς τε κρηθαικῆς καὶ ἡν τὸ πόντου πόλεων πᾶς , αἱ τῶ τῆς βιδυρίας νομῶ περσοτετάχατο κατερέλατο* . Vbi perperam νόμῳ legitur , & περσοτετάχατο . Xylander : *quæ iurisdictioni subiacebant* . Idem libro 48. *ἐκ τῆς γαλατίας τῆς λογέτης ἢ καὶ ἐς τὸν τῆς ἰταλίας ἡδὴν νομὸν ἐσεργεσθη* . Xylander , *quæ tum Italiz legibus ac institutis formata fuerat* . Et libro 53. *τὰτε χωρία τὰ ἐκ τῆς παμφυλίας πρῶτον ἀμύντα περσομεμβέντα τῶ ἰδία νομῶ ἀπεδόθη* . Vbi Leonicensus rectè , præfectura . Strabo lib. 17. *ἠδὲ χωρία τὴν μὲ πρῶτῳ διαίρεσιν εἰς νομοὺς ἔχει δικά μὲ ἢ θηβαίς . δέκα δ' ἢ ἐν τῶ δέλτα , ἐνκαίδεκα δ' ἢ μεταξύ . & cetera* .

Annotantur Interpretis Herodoti lapsus in Terpsichore .

CAPVT XIX.

Quemadmodū ex superioribus Herodoti libris delibauimus loca quædam, nihil oberit etiam ex Terpsichore pauca degustasse . καὶ τὰς μὲν βίβλους διφθέρας κελουσιν ἀπὸ τῶ παλαιῶ ἰωνες . id est, Libros Iones Diphtheras, hoc est, pelles quondam vocabant . Valla : *Priscaq; consuetudine biblos appellant pelles* . Lucianus : *ἐν διφθέρας χαλκῆς .i. diphtheris areis, de libris agens* . Cælius :

Scribit

Scribit Herodotus Ionas Byblos dicere diphtheras veteri consuetudine . Cicero libro 13. epistolarum ad Atticum . Quatuor diphtheræ sunt in tua potestate . Victorius membranas intelligit . ego libros . Quatuor enim libros Academicarum quaestionum scripsit Cicero . Huc pertinet proverbium , *ὁ ζεὺς χροῖσθ' κατέειδε εἰς τὰς διφθέρας* . Pollux de libris agens : *ἡρόδοτος δὲ τοὺς ἰωνὰς φησι τὰς βίβλους διφθέρας λέγειν ἀπὸ τῶ παλαιῶ* . Quod in eodem libro legitur , *τούτοις ἀνιστῆσαι μὲν οἱ πρυτάνεις ἦν ναυκράρων .i. hos quidem summonent vel excitant magistratus publicanorum* . Hic Valla , Magistratus Naucratorum, veritit . Suidas : *ναυκράροις τὸ παλαιὸν τοὺς ἀρχοντας ἐκάλουν , ὡς ἡρόδοτος ἀπλοῖ ἐν ἀπέμῃ ἰστορίᾳ , ἴσως παρὰ τὴν τῆς νηὸς κραιβαν* . Gyraldus , *A nauī, inquit, ναύκραροι dicuntur, qui principes dicebantur, vt est apud Herodotum* . Notat & Suidas , licet in vulgaris codicibus Naucratij legatur . Meminit & Aristoteles in Republica Atheniensium & Harpocracion . Hactenus Gyraldus Lilius . Aristotelis locus est partim ex Harpocracione , partim ex scholiaste Aristophanis : *ἀειστέλης ὃ περὶ κλειδείους φησί . κατέσπεσε καὶ δημάρχους τὴν αὐτὴν ἔχοντας ὀπμήλειαν τοῖς πρῶτον ναυκράροις . καὶ γδ τοὺς δήμοις ἀντὶ ἡν ναυκραρίων ἐποίησεν* . Idem : *οἱ δὲ δημῶρχοι οὗτοι τὰς ὑποχρεώσεις ἐποίησαν ἡν ἐν ἐκάστῳ δήμῳ χρεῶν . καὶ τὰ ληξιαρχικὰ χρεώματα παρ' αὐτοῖς ἦν* . Ζωήγρον τε τοὺς δήμοις ὅτε δέοι , καὶ φήρον αὐτοὺς ἐπεμείβεσθαι καὶ ἐνεχυρίζον . οἱ πρῶτον ναύκραροι , εἴτε ἀπὸ Ἰώνων κατὰσθέντες εἴτε καὶ πρῶτον . οὗτοι δὲ τὴν πομπὴν (ἐορτὴν Suidas) ἡν ἀθιμαίαν ἐπέσμου κληθένους κατὰσθησαν ἀντὶ ναυκράρων ἔστι δὲ δημῶρχοι ὃ τὴν ἐπώνυμων ἀρχὴν ἀρχων . In Suida an perperā nescio legitur *χωρίων pro χρεῶν* . εἴτοι δὲ , inquit , *τὰς ἀποχρεῶς τ' περσοντων ἐκάστῳ δήμῳ χωρίων ἐποίησεν* . Hefychius : *δημῶρχοι , οἱ πρῶτον κελουμένοι ναύκραροι . ἀρχοντες δὲ ἦσαν ἠνεχυρίζον οὗτοι τὰς ἀφείλοντας . τινὲς δὲ ἀφ' ἐκάστης φυλῆς δώδεκα , οἱ πῖνες ἀφ' ἐκάστης χώρας τὰς εἰσφοράς ἐξέλεγον* . Pollux : *δημῶρχοι οἱ κτ' δήμων ἀρχοντες ἐκάλουντο τῶς ναύκραροι , ὅτε καὶ οἱ δήμοι ναυκράροι . ναυκραρία ὃ ἦν τῶος φυλῆς δυοκαδέκατον μέρθ' καὶ δυόδεκα ναύκραροι ἦσαν . τῆσμερες κτ' τειπὸν ἐκάστω . τὰς δ' εἰσφοράς τὰς κτ' δήμοις διεχειροτόνουσιν οὗτοι καὶ τὰ ἐξ ἀνῆν ἀναλάματα . ναυκραρία δὲ ἐκάστη δύο ἰσπέας παρὲ καὶ ναὺν μίαν , ἀφ' ἧς ἴσας ὠνόμασαν* . Ammonius & Thomas Magister , *ναύκραροι , inquit, παρ' ἀπλοῖς οἱ εἰς περσοπόμενοι τὰ δημόσια χρεώματα ἢ κλήματα . καὶ ναυκραρία οἱ ἴσποι ἐν οἷς ἀπέκτετο τὰ τοιαῦτα χρεώματα ἢ κλήματα* .

b

Sequitur

Sequitur apud Herodotum : *ἀλλῶν ποιοσάμενοι*, id est, cœtu vel grege facto. Vbi Valla, nihili facientes, vertens, legisse videtur *ἀλογῶν ποιοσάμενοι*. Sed præstat eadem breuitate perfringere librum 6. Si prius tamen admonuerimus, non bene consuluisse studiofæ iuuentuti, illos qui Vallæ errata velut præcepta rectæ interpretationis in Lexicis Græcolatinis collegerunt. Hæc enim verba in nonnullis eorum inuenio. Apud Herodotum *ἀλλῶν ποιοσάμενοι* cœtum cogentes, alio loco pro nihili facientes. Idem: *ἀλλῶν ἦ περσέων ἐπιήσοιτο*, concilium Persarum coëgit. Idem Lexicon : *ἀλλήιον πεδίον τῆς κιλικίας*, à Valla vertitur : Ciliciæ maritima planities. Quanto melius fecisset eius auctor, si admonuisset lectorem, lapsum in eo Vallam. Idem Lexicon in nomine *ἀπέλαβῶ* : ceterum *ἀπέλαβους* apud Herodotum Valla exponit, palmulas præmaturas: hæc verba fortè quidam cùm legisset, vertit apud Eustathium, Dionysij De situ orbis, interpretem, *ἀπέλαβους* palmulas præmaturas, cùm, locustas, vertere debuerit.

Annotatiuncula quadam in interpretem Herodoti libri 6.

CAPVT XX.

In Erato, ἐπὶ ἔυροῦ γδ τῆς ἀμῆς, Valla interpretatur: In summo ancipiti; pro, In acie nouaculæ. Mox: *ἱερὸν ἦ ἴδ' ἐν διδυμοισι*. id est, templum Didymæum est, non, templum in geminis. Mox: *ἐὼν οἰκίης τεθριπποτρόφου*. i. qui esset familiæ quadrigarum altricis. Valla: E familia tethrippotrophi. Tale est illud in apophthegmatis Philippi. Nam eodem tempore vicerat Tethrippo in Olympijs, pro quo Iustinus, certaminis Olympici in quod quadrigarū cursus miserat. Aliquanto post: *ἐν σκαπῆ ὕλη ἦν χρυσέων μεταλλῶν*. Valla: In fossitria materia. Hic rursus Lexici auctor: *σκαπῆ ὕλη*, inquit, fossitria materia. Ego verterem: In Scapte hyle, aut, vt Lucretius videtur vocasse: In Scaptesula, hoc carmine:

Quales expirat Scaptesula subter odores. Stephano Scaptesula vrbs parua est Thraciæ. Plutarchus in Cimone: *ἐν τῇ σκαπῆ ὕλῃ ἔστω δὲ τῆς θράκης χωρίον*. Idem in libro de exilio, de Thucydide: *δευεῦθίδος ἀδιωαῖῶ συνέχευσε πώλεμον ἧστ' πελοποννησίαν ἢ ἀθηναίων*

ναίων ἐν θράκῃ περὶ τὴν σκαπῆν ὕλην. Vbi Interpres: In silua quam Scaptem vocant. Repetit etiā aliquoties Marcellinus in vita eius. Apud Theophrastum de lapidibus: *εὐρέθη δέ ποτ' ἐν σκαπῆς ὕλης μεταλλοῖς*, non, *ἐν σκαπῆς ὕλης*. Meminit etiam Strabo. In eodem libro perperâ legitur apud Vallam, sumpto vaticinio, pro, sumpto viatico, cùm Græcè sit, *ἐπὶ δια λαβῶν*. Venio ad illud cuius superiore capite memini: *ἀσπίοντο τῆς κιλικίας ἐς τὸ ἀλλήιον πεδίον*. vbi Valla: planiciem maritimā; cùm ἀλλήιον dictum sit, *ἀπὸ τῆς ἀλλης*, id est, à Bellerophonis errore. Dionysius de situ orbis:

κεῖθι δὲ ἔχ' πεδίον τὸ ἀλλήιον οὐ χ' ἰνώτα.

Meminit præter Homerum Arrianus in 2. expeditionis Alexandri, & Strabo libro 14. apud quem tamen Halenius campūs vulgo legitur. Malè etiam ille, qui *πεδίον τὸ ἀλλήιον οἶσ' ἀλάτο*, vertit: Vacuis errabat in agris. Rectè Cicero & Ouidius ille in tertia Tusculana,

Qui miser in campis marens errabat Aleis.

Hic in Ibim scribens, In Aleis decidit aruis, vertit: pro quo, alienis, vulgo legitur. Plura vide apud Eustathium in Dionysium & Varinum. *ἀλλήιον πεδίον*, inquit, *χ' ἰ τὸν παλαῦς ἢ παρὰ ἦ ἐκεῖ ἦ ἦρο* ἄλλω ὅδετι πάντῃ ἀνομάσθη, ἢ διότι ἐς ἐρήμ' λιθίου δια τὴν ἐρημίαν. πινὲς δ' ἐδ' ἀστυαν τὴν ἀρχουσαν παρὰ τὸν ἄλα, φάμενοι ἄλα φέρεσ' τὸν ἴσπον ἐκεῖνον. Addit Eustathius quibusdam placere ita esse vocatum à ciuitate quadam Ala nomine.

Mox: *παρὰ τῆς πάσης μιλιτιάδῃ γερόμενῃ ἐν τῇ χερσονήσῳ*. Valla rectè vertit, apud patrum Miltiadem, quicquid dicat Thomas Magister, cuius in vocibus Atticis hæc sunt verba: *ὁ μὲν τοι τὰ πατρὸς πατὴρ οὐ μόνον πάππῳ, ἀλλὰ καὶ πάτρως λέγει*. ἦρόδοτῳ ὁ μὲν δὴ παρ' ἐβούτερον ἦστ' παίδων σησαγόρης ἦν πτωκῆντα παρὰ τῆς πάσης μιλιτιάδῃ γερόμενῃ, ἦρον τὰ πάππῳ. πατὴρ γὰρ τὸ κίμωνῳ ὁ μιλιτιάδης. Falsa hæc esse ex ipsius Herodoti verbis, hic subiiciendis, euincemus. Neque enim pater Cimonis Miltiades vocatus est, sed Stésagoras. Et Cimonis ex eadem matre frater Miltiades est vocatus. ἦρον δ' ἐσθεας στρατηγοὶ δέκα, ἦστ' ὁ δέκατῳ ἦν μιλιτιάδης τὰ τὸν πατέρα κίμωνα τὸν σησαγόρεω κητέλαβε φυγεῖν ἐξ ἀδιωαίων πεσιβράτον ἦ ἰπποκράτεῳ, ἢ ἄπὸ φεύροντι ὀλυμπιάδου ἀνελέσθη τεθρίππῳ συνέβη, ἢ ταύτῃ μὲν ἦ νίκῃ ἀνελομένον μιν ἴουτὸ ἐξ ἐνείκησθ' τῶ ὀμομιθίῳ ἀδελφεῶ μιλιτιάδῃ.

Deinde sequitur maiorem quidem natu liberorū Cimonis Ste-
fagoram educatū esse apud patrum suum Miltiadem, minorem
Miltiadem nomine apud Cimonem patrem suum.

Castigatur Strabonis locus ex adagio.

CAPVT XXI.

Magnus ille Erasmus in adagio, *Quicquid in buccam venit*, af-
fert ex Luciano de ratione conscribendi historiam, hunc prouer-
bialem versiculū, ἔπικεν ἐπ' ἀκαρίμων γλώπῃαν φασιν ἑλθῆν, totidemq;
verbis ex Athenæi 5. huic addidit Petrus Victorius libri vndeci-
mi capite 16. eundem ex Dionysio Halicarnasseo his verbis : ἔπι-
κην ἐπ' ἀκαρίμων Ἰλιώσαν ἐπ' ἄλγειν. Nos eundem etiam apud Stra-
bonem offendimus, sed ad eodē deprauatus, vt vix eius vestigia su-
per sint : ἢ καὶ ἡσίδω (ita enim illic legitur) μὲ ἔπαρπε μὴ φλυαρεῖν, ἀλλὰ
ταῖς κατεχούσαις διέξαις ἀκολουθεῖν, ὁμηρῶ δ' ἐπ' ἅν ὅπῃ ἀν ὅπου μὲν αἰὲν ἤμα
Ἰλιώπῃαν ἢ καλαδεῖν. Quæ verba interpres ita vertit : Nunquid He-
stiodum non garrere, sed inualescentes opiniones sectari decebat?
Homerum autem quicquid obuenerat diserta resonare lingua.
Hic ego legendum censeo : ἔπικεν ἐπ' ἀκαρίμων Ἰλιώπῃαν ἢ καλαδεῖν.

Quid Græcè significant ἰσάναι βοῶν, & κλαίοντες καδίξεν.

CAPVT XXII.

Phrasis est Græcis peculiaris loquendi : βοῶν ἰσάναι, pro βοῶν nisi
fallor. Vtitur Lucianus verarum narrationum libro 2. ὁ μὲν ἐλεως
ἐπεὶ ἔμαθε τὴν εὐνήν κενὴν τῆς γυναικὸς βοῶν τε ἰση. Idem in eodem pau-
lō post : καὶ τὸ μὲν βοῶν ἰσάναι καὶ τοὺς ἑταίρους συγκαλεῖν καὶ ἐς τὰ ὅπλα χω-
ρεῖν οὐκ ἐδοκίμαζον. Æschylus Cœphoris : τί δ' ἐστὶ χεῖμα, τίνα βοῶν
ἴσης δρόμοις; Aristophanes in Thesmophoriazulis : γυναικες οὐκ ἀρή-
ξει' οὐ πολλὴν βοῶν σήσεσθε. Euripides in Iphigenia Taurica : τίς ἐμὸν
διῶμα δεῖς ἴδ' ἢ ἴσησι βοῶν πύλας ἀράξαι καὶ φέρον πέμψαις ἔσω. Idem in
Heraclidis : τί γ' ἰσησι βοῶν ἄγγελον φέβου; id est, Vocem quid edi-
disti nunciam metus? In Oreste :

τὸ δ' ἐ μὴ εἴσαι σε κραυγὴν ἔνευ' ἔξῃλθεν δόμων.

Idem in eadem :

οὐ π' πευ κραυγὴν ἔσηκας μανέλεω βοηδρομεῖν.

Ita

Ita enim malim legere, quàm ἔδικας, vt habent impressi. Sappho
in ænigmate apud Athenæum de epistola :

ἔστ' φουσις δὴ λεία βρέφη Cαίξυς' ὑπὸ κλόποις
αὐτῆς, ταῦτα δ' ἀφωνα βοῶν ἴσησι γεγωνὸν
καὶ διαπρόπον οἶδμα καὶ ἠπαίρου δια πάσης
οὐς ἐδέλει δμητῶ τοῖς δ' οὐ παρεούσιν ἀκούειν
ἔξεσιν κωφὴν δ' ἀκοῆς αἰδῆσιν ἔχουσιν. id est,

Claram sed possunt edere vocem, vel mittere vocem. Gyraldus
malè, genitam sed possunt siltere vocem. Apud Theocritum in
Idyllio 17. πεζὸς ἐν ἀλλοτριῶσι βοῶν ἐσάσατο κόμοις, significat bellum
mouit, vel concitauit. Est & hæc Latinis incognita loquendi ra-
tio, qua vsus est Xenophon libro Institutionis Cyri 2. eodem in
loco ter. ἐπεὶ καὶ αὐτὸ τὸ κλαίειν καδίξοντ' τοὺς φίλους πλῆρα καὶ ἐμοὶ γὰρ
δοκεῖ ἐλάθοντ' ἄξιαι διαπραΐθεος ὁ βέλωνται αὐτοῖς μηχανώμεν, quod In-
terpres non malè sic reddidit : Nam qui amicos ad risum mouet,
videtur is mihi sanè rem efficere minoris æstimadam, quàm qui
eos multis in rebus ad fletum inducit. Brodæus interpretatur,
quàm is qui sedere iubet amicos, vt flectant, vt κλαίειν intelligen-
dum putat ἐνεκα. καὶ νόμοι γὰρ πολίτας δια τὰ κλαίοντας καδίξεν εἰς δικαιο-
σύνην πρὸς τὸ πρῶτον. quod idem Philelphus ita extulit : At leges ad
iusticiam ciues impellunt, qui fletibus eos instituunt. (ὃ ἔφη ὁ
ἀγγελοῦ Ἰάδα ἢν ἐμοὶ πείδη εἰς μὲν τοὺς πελεμίοις διαβρῶν δυπαισίσεις τοῦτο
τὸ πολλοῦ ἄξιον, καὶ κλαίοντας ἐκείνοις πειράση καδίξεν. vbi, vt inducas
illos flere, vertit Interpres. Xenophon in συμποσίῳ. δεσπότης μὲν
ὅτι δύναται πολλοὺς κλαίοντας καδίξεν. Hoc Ribittus perperam ita ver-
tit, Qui mirificè superbit, quod multitudinem plorantem sedare
possit. ego, lacrymas mouere, interpretor, vel, efficere vt multi se-
deant fientes. Idem in Commemorationibus dixit : κλαίοντες κα-
δίξαντες, nisi mendosus est codex.

*Defenditur Ouidiana lectio, & quare Cephalus dicatur, Æoli-
des, & proles Hellenia, & emendatur Pala-
phatus.* CAPVT XXIII.

Aldus Manutius annotans in hos Ouidij in Metamorphosi
versus, E quibus Æolides Cephalus te coniuge felix Procri fuit.

b 3

Item

Item: *Aspicit Æoliden ignota ex arbore factum Ferre manu iaculū dicit Æolides ex omnibus ferme exemplaribus esse legendum, non, Eionides, assentiente etiā huic lectioni Planude his verbis: ἐξ ὧν μιᾷ σοὶ περικρὶ σὺ ζῆγρὸ ἀϊολίδης κέφαλον· αὐδαίμων ἐγένετο.* Et ὅρα ἀϊολίδω ἀγρώσου δένδρου πεποιημένον δένρον ἢ χειρὶ φέροντα. *Quamquam, inquit, omnes ferè idonei auctores dicunt Deioneos fuisse Cephalum, non Æoli filium; quod ut prætermittam alios, sic Eustathius in Catalogum: ἀμριτρώων φυγάδα πῶδραλαβὼν κέφαλον τὸν δῆϊονέως κρετίζε νῆσον, καὶ παρέδωκε τὸ κέφαλον, οὗ καὶ γέγονεν αἰεὶν ἐπάνυμο.* Idem in 10. *Odyssæ sic: κέφαλον ὁ δῆϊονέως. περὶ οὗ καὶ ἐν τῇ βιωτικῇ ἐρχάθη γήμας· ἀρόκριν τὴν ἐρχάθως, καὶ ἐέλων ἀποπειράσασθαι εἰ ζωφρονοῖν ἀπεδήμισεν ἐξ αὐτῶν τῶν νυμφῶν· & cetera.* Cur igitur Æoliden eum appellarit Ouidius, considerandum. Hactenus Aldus. Nos quod hac de re inuenimus, hic ascripsimus. Scribit scholiastes Homeri in *Odyssæ* λ'. *τυρὸ ἦλθε παρὰ δῆϊονέα τὸν δῆϊον· ὁ δὲ κρετίζων αὐτὴν εἰς δευκαλίαν δίδωσι κρηθεὶ τῶν ἀδελφῶν ἢ δὴ ἐκ ποσειδῶν· ἐρχάθη νηλέα καὶ πελίαν.* Interpres Apollonij Rhodij in argumento: *τυρὸ ἢ σαλμωνέως θυγάτηρ ἔτεκεν νηλέα καὶ πελίαν, εἴτα γαμῆται κρηθεὶ τῶν αἰόλων· περὶ δὲ καὶ τίλει ἐξ αὐτῶν αἰσωνα, φέρπητα, ἀμυδάονα.* Si autem fratres fuerunt Deoneus & Cretheus filij nimirum Æoli, Cephalus fuit Æolides, id est, Æoli nepos. Idem, nisi fallor, à proauo Hellene Æoli patre dicitur Ouidio in 3. de Arte, *Hellenia proles, hoc versu:*

Ecce redit Cephalus proles Hellenia filius. vbi tamen vulgo

Cyllenia legitur; quæ lectio si cui placet, afferre potest, quod de illo scribunt Hyginus & Apollodorus, hic quidem Cephalum Mercurij & Herfes filium fuisse, ille verò Cephalum à quibusdam dici Mercurij filium. Nam quòd quidam in eum Ouidij locum affert sequentia verba, ineptum est. Cur, inquit, ab Ouidio proles Cyllenia dicatur, docet Strabo libro 10. his verbis: *Nec verò Hellenicus Homero concordat Dulichium Cephaleniam nuncupans. Illud enim sub Megete fuisse perhibetur, sicut & Echinades reliquæ. Eius autem inquilini Epei sunt dicti ab Elide profecti. Quamobrem Otum Cyllenia de gente Phylei magnanimorum ductorem Epeorum vocat. Ergo ab Oto Cyllenes Eleorum emporij olim incola, & ductore qui Dulichium incolabant, quod postea Cephalus tenuit, dictus est Cephalus proles Cyllenia*

Cyllenia. Quod autem Cyllene sit Eleorum emporium, docet Strabo in octauo. Hæc ille: quæ adeo sunt frigida, ut refelli non debeant. Strabonis enim Græca sic habent: τὸ ἦν ἡλείων ἐπειτειον ἢ κυλλήνη ἀνάβασις ἐρχουσα ἐπὶ τὴν νῦν πόλιν ἐκείτην καὶ εἰκοσι σαδίων. μέμνη δὲ τῆς κυλλήνης ταύτης καὶ δμυρ· λέγων, κυλλήνιον ἀρχὸν ἐπειτειών. ἐ γὰρ ἀπὸ τῶ ἀρχαίου ὄροις ἄντα ἐμελλεν ἠγαμόνα σὺν ἐπειτειῶν ἀποφθῆναι. Item: οὐδ' ἐλλάνη· ἀμικκὸς δουλίχων τὴν κεφαλληνίαν λέγων, τὸ μὲν γὰρ ἀπὸ μέγρητι εἶρηται, καὶ αἰ λοιπὰ ἐρχάθως, οἳ τε ἐνοικούντες ἐπειτειῶν ἐξ ἡλίδ· ἀφργμένοι. Διόπερ καὶ τὸν ὄτον τὸν κυλλήνιον φυλλίως ἐτάρον, μεγαθύμων ἀρχὸν ἐπειτειῶν κληεῖ. Vbi legendum, φυλλίως ἐτάρον, ex ipso Homeri carmine, quod extat Iliad. ο'.

*κυλλυδάμας δὲ ὄτον κυλλήνιον ἐξενάεξε
φυλλίως ἐτάρον μεγαθύμων ἀρχὸν ἐπειτειῶν.*

Hoc quoque animaduersione non indignum est, scholiasten Homeri in alia esse sententia, atque Strabonem; qui in superiorem Homeri locum scribens, *κυλλήνιον*, inquit, ἀμικκὸς. *κυλλήνη δὲ ὄρ· ἀρχαίας ἱερὸν ἐρμού· καὶ ἀπὸ αὐτῶν πόλις ὀμῶνυμο.* Æolum autem Hellenis filium, scribit his verbis Apollonij scholiastes: *αἰόλου γὰρ, inquit, ἦ ἔλλω· κρηθεὺς καὶ ἀδάμας. Palaphatus quoque, ἀδάμας ὁ αἰόλου τῶ ἔλλω· id est, Athamas Æoli qui Hellenis filius erat. Interpres malè: Athamas Græcorum exercitus in Phrygia præfectus, secutus mendosam Græci codicis lectionem, vbi pro αἰόλου, εἰόλου legitur.*

Emendatur alter Palaphati locus, vbi pro περικρὶδ· κεδὸς legitur, & notatur Poggius.

CAPVT XXIV.

Admonuit me superior Palaphati locus alterius apud eundem deprauationis, vbi pro περικρὶδ· κρηδὸς vulgo legitur, quod nobis nunc amplius probandum esse videtur. Prius autem eius verba hic subiiciam: *μινωαί φασιν ἀλγαῦντα τὰ αἰδοῖα δεξαπευθῆναι ἀπὸ κρηδὸς τῆς πανδίων· hic περικρὶδ·, ut dixi, legendum est. id est, Ferunt Minoa cum laboraret ex pudendis, à Procride Pandionos curatum esse. Idem scribit Hyginus his verbis: *Canis dicitur ab Ioue custos Europæ appositus esse, & ad Minoa peruenisse, quem**

quem Procris Cephali vxor laborantem dicitur sanasse, & pro eo beneficio canem muneri accepisse, quod illa studiosa fuerit venationis. Pollux etiam: *Ἀργονοὺς φασὶ κύνες, ὃν ἦρας ἐν χαλκοῦ μονησίον χαλκισαμένον* - *Ἰσχυὴν ἐνθεὶς δ' ὄρον ἔδωκε διτ', κἀκεῖν* - *εὐρώπη, αὐτῇ δὲ μίνοί, κὶ μίνος περικίδι, κὶ περικὸς κεφάλῳ*. Postremò Ouidius in Remedio: *Pasiphaes Minos in Procride perdidit ignes,*

Cessit ab Idaea coniuge victa prior.

Apud Pollucem nescio an legendum sit pro *χαλκοῦ μονησίον, χαλκοῦ μοστωλοῦ*, quod laudatur ab Aristotele de admirandis. Posteriorius Ouidij carmen interpretatur Ianus Parrhasius ex his Apollonij Rhodij scholiastæ verbis: *φινέως παῖδες ἐν μὲν κλεοπάτρας παρδένι κὶ κράμβις, ἐν δὲ ἰδαίας τῆς θαρδάνου ἢ σκυδικῆς πινὸς παλλακίδ* - *δύν* - *κὶ μῦριάνδου, ἐξ ὧν τὰ ἔδρη κέκλιω*. Idem paulò post: *πρωθῆται δὲ φησιν ὁ σοφοκλῆς τὸν φινέα, ὅτι τοὺς ἐν κλεοπάτρας ἡνὸς ἐτύφλωσεν ὄρον κὶ κράμβιν περικίδι διαβολαῖς ἰδαίας τῆς ἀντὶ μινεῖας*. Et mox: *Διούσι* - *ἢ ἐν τοῖς ἀργοναύταις φησιν ἀναρεθῆναι τὸν φινέα ὑπὸ ἠρακλέως ἰδόντ* - *τοὺς παῖδας ἐν ἐρημίᾳ, κὶ μαδόντ* - *ὅτι ὑπὸ φινέως ἦσαν ἐπιβεβλημένοι κτ' διαβολὴν σκυδικῆς γυναικὸς ἢν γεγαμῆς ὁ φινέως ᾤχευετο* - *τὴν κλεοπάτραν*. Et paulò post: *κλεοπάτρα βορέου καὶ ὠειθύας θυγάτηρ ἀδελφῆ ἦσ' περὶ ζήτην κὶ κελείν ἢν ἔζημεν ὁ φινέως, γεγόνασι ἢ ἀντὶ παῖδες ὄρον* - *κὶ κράμβις*. Idaea, inquit Ianus, Dardani Scytharum regis filia fuit, quam destituta Cleopatra Boreæ & Orithyæ superinduxit, vt Dionysius in Argonautico canit, in eius etiam gratiam Orytho & Carambi quos ex Cleopatra sustulerat, oculos effodit, vt tragediarum poeta Sophocles auctor est. Inde vicissitudinis in amore exemplum sumpsit Naso in Remedijs:

Cessit ab Idaea coniuge victa prior. id est,

Cleopatra quæ prior in matrimonio Phinei fuit, cui post exactæ noua coniux Idaea successit. Fabulam hanc ad longum recenset libro 4. Diodorus Siculus pag. 172. *οὐκ ἀγνωσῶ*, inquit, *δ' ὅτι πινὸς ἦσ' μυστρογράφον τοφλαθῆναι φασὶ τοῦ φινείδους ὑπὸ τῶ πατρὸς καὶ τὸν φινέα τῆς ὁμοίας τυχεῖν συμφορᾶς ὑπὸ βορέου. ὁμοίως δὲ κὶ τὸν ἠρακλέα πινὸς ᾤχευετο ὡς ὑδρείαν ἐξελθόντα, κτ' τὴν ἀσίαν ὑπὸ ἠργοναυτῶν ἐπὶ τῆς χώρας ἀπαλειφθῆναι*. Interpres Diodori ridiculè in postremis his verbis, *ὑδρείαν* hydran est interpretatus, cum, ad aquationem, vertere debuerit. Herculem, inquit præterea, ad hydran in Asiam ascenden-

ascendètem in eis locis ab Argonautis relictum cōnuente etiam Castalione. Variant autem auctores in nominibus filiorū Cleopatrar. Nam quos alij Orythum & Carambim vocant, eos Sophoclis scholiastes appellat *πάξιππον* & *πανδύονα* vel *γηράμβαν* & *ἄσπονδον*, quem vide scribentem in hæc Sophoclis verba in Antigone: *ἴν' ἀλγίππος ἄρης διαοῖσι φινείδους*. & cetera.

Quismodi fuerint qua Timæus de Demochare scripsit, & enarratus Polybius, & quis sit κωμικὸς μέγας.

CAPVT XXV.

Polyæni interpres libro 3. Chabrias, inquit, in Naxo aduersus urbem nauale prælium gesturus, præcepit trierarchis, vt si in æquali & ancipiti periculo essent, suarum nauium signis absconditis, insignitas hostiles esse scirent, hoc pacto Pollidis gubernatores, Atheniensium nauibus obuiam facti. & cetera. Hic, aduersus Urbem, vertit Interpres; cum Græcè haud dubiè sit, πῶλιν, atque legendum sit πῶλλιν, id est, aduersus Pollin. Idem vitium deprehendit apud Ioachimium Perionium Henricus Stephanus in conuersione orationis Æschinis contra Ctesiphontem. Æschinis verba sunt hæc: ὅτι ἀθλωνῶν ἢ ἐν νῆξιν ναυμαχίαν λακεδαιμονίοις καὶ πῶλιν ἐνέκησεν. Perionius vertit: Athenienses vicerunt Lacedæmonios & ciuitatem; cum itidem legendum sit πῶλλιν, id est, & Pollin, vt supra. Totam historiam lege apud Diodorum libro 15. pag. 475. Pollidis huius meminit etiam Laërtius in vita Platonis pag. 140. & Gemistus in historijs, & Xenophon in fine 5. Hellenicōn. Huiusmodi lapsus infiniti passim inueniuntur. Nos iam vnico contenti erimus, vbi pro proprio, conuersum legitur appellatiuum. Plutarchus in εἰ καλῶς εἴρησεν τὸ λέγει βιωσῆς. πάντων μὲν ἂν ἂν μεθ' ἡδέας βιοῦν μέλλω τ' ἐταίρας καὶ λεοντίου Σωκράτους ἦν. Vbi Erasmus: Prorsus igitur si cum iucundo scorto sit vitam acturus, si cum Leontio consuetudinem habiturus. cum vertere debuerit, cum Hedia. Est enim nomen proprium meretricis. De eadem Plutarchus in ὅτι οὐδ' εἴη ἔστιν ἡδέας ποσάκις ἡδέας καὶ λεοντίου Σωκράτους. Idem aliquantò potest: οἷα λεόντιον καὶ βοῦδιον καὶ ἡδέας καὶ νικηδίων. Laërtius in Epicuro: Σωμῆται δ' αὐτῶν καὶ μηδ' ἄλλω ἐταίρας καὶ ἄλλας μὲν μαίεον, καὶ ἡδέας, καὶ ἐρώπων, καὶ νικηδίων.

Emendantur Moschopulus & Varinus.

CAPVT XXIII.

Turpis menda Moschopulū de vocibus Atticis obsedit, quam auxit in Lexico suo Varinus. Moschopuli verba sunt in impressis hæc: βρύχα ὑποβάθρα ποιητικόν. ὑποβρύχιον γὰρ τὸ ὑπὸ σφῆκιματῶν κα-

λυπημένον

λυπημένον. Ego legendum existimo, βρύχα καὶ ὑποβρύχα ποιητικὰ, ὑποβρύχιον γὰρ τὸ & cetera. Homerus Odyss. ε'. τὸν δ' αἶψ' ὑποβρύχα θῆκε πολὺν χρόνον: vbi Scholiastes ὑποβρύχα interpretatur ὑποβρύχιον τὸν χρόνον. ἀλλοτε μὲν καὶ πᾶσαι ὑποβρύχα νευ-τῶλον.

Mendici nomen in Medici deprauatum, apud Nonium in carmine Enniano, & Erasmus in apophthegmate quodam Socratis. CAPVT XXIV.

Euripidis Telephon vertit Latinè Ennius, ex qua extat apud Nonium hoc carmè in voce Stola: Regnum reliqui septus mendici stola. Itē, Cedo & caueo, cum vestitus squalida septus stola. Vulgo tamen illic legitur medici. De mendicitate Telephi vide scholiasten Aristophanis & Horatium. Idem vitium est apud Erasmus in apophthegmate Socratis 78. Eos, inquit, qui corpus tantum amarent, similes esse aiebat medicis: cum apud Xenophontem in Symposio, à quo Erasmus hoc transtulit, sit πωχίς, id est, mendicis.

De Baccho Chæropfala, & adagio Acrocorinthia videris, & de Venere Peribasia. CAPVT XXV.

Qui de Bacchi cognominibus scripserunt, nullam mentionē Bacchi Chæropfala fecerunt, cuius meminerunt Clemens Alexandrinus in Protreptico, & Æschyli scholiastes in Persas: Διονυσον, inquit Clemens, δὲ ἡδὴ σιωπῶ τὸν χοιροφάλαν σπιρῶνιοι σῆτον ποροσπιρῶσιν ἐπὶ τῷ γυναικείῳ τὰ ἄξωντες τὸν Διονυσον μολὼν ἔφορον αἰχμῆς, τὸν ὑβρεως Σεβάζοντες ἀρχηγόν. Hic Gentianus, cunni contractorem, interpretatur. Scholiastes in hæc Æschyli verba scribens: καὶ φάλλ' ἔδειραν ἀπὸ τῆς φάλλου, inquit, τὸ σημαίνοντες τὸ νόστιμον λέγει καὶ χοιροφάλας Διονυσος ὁ τῶν ἰλλων τὰ μύθια τῶν γυναικῶν. A verbo φάλλω, pro tondeo φάλλος deducitur, significans forcem. χοῖρον etiam pendenda mulieris significat in illo Aristophanis in Thestiphoriazulis. ταύτης ἀποφιλώσομεν τὸν χοῖρον ἵνα διδραχμῆ γυνὴ γυναικῆς οὐσα μὴ κακῶς λέγειν τὸ λοιπόν. Et in adagio ἀεροκοενδία ἐόικας χοιροπωλήσειν.

f

Suidas

Suidas: χοῖρ⊕ παρὰ κοενθίους τὸ γυναικεῖον αἰδοῖον. ἔνθεν ἢ παροιμία, ἀπροκοενθία εἰσικας χοιροπωλήσειν, ἀντὶ τῆ μιδαρνήσειν ἐν κορίνθῳ. πολλὰ γὰρ ἐκεῖ ἐπαίρει. Erasmus in adagio, Corinthia videris, legit ἀκοενθία. Veneris πεμβασις meminerunt Clemens Alexandrinus & Hefychius. οὐ γὰρ δὲ ἀπροδίτη πεμβασις μὲν οἱ ἀργεῖοι θύουσι; Hefychius: πεμβασιὸν ἀπροδίτη. Scholia in Clementē ἀχρηστοποιὸν interpretantur.

LIBER NONVS.

Restituitur ex Maximo Gnomologo Gregorius Theologus,
⊕ vicissim ex Gregorio Maximo.

CAPVT I.

MAXIMVS: Gnomologus: capite 4. ex Gregorio Theologo adducit hæc verba: θάρσ⊕ καὶ θράσ⊕ καὶ τοῖς νόμοισι πησιμάζοι πλείων ἀλλήλων τῇ δουάμει καχάεισαι, ἀνδρείαν τε ἔθ' φαμέν καὶ ἀνανδρείαν. Ἰδὲ μὲν γὰρ ἐν τοῖς τολμητέοις θαρρεῖν ἀνδρείας ὅτιν ὅσπερ Ἰδὲ ὑφ' ἑδουθελίας. ἂν δὲ πλείον ὁ κίνδυν⊕ ὁμοσε χωρεῖν ἢ ἀδίκ' ἑδου, ἀλλὰ μὴ κατέχεσθαι, θράστοις, ὅσπερ Ἰδὲ ὑποχωρεῖν ἀσφαλείας. Hic ceteris retentis, pro ὄν, ὅπου legit Gesnerus. cum apud Gregorium legatur ἔ, quod idem significat. Locus extat apud Theologum in 2. in Iulianum Steliteutica, ex qua pro ἀνδρείαν τε ἔθ' φαμέν ἢ ἀνανδρείαν, nos legendum esse censemus hic ἀνδρεία. τε ἦν φαμέν καὶ ἀνανδρεία, & pro πλείων, πλείων. Notandum hic obiter est apud Theologum perperam pro θαλίαις, vt rectè habet Gnomologus, vulgo legi in impressis Gregorij δουλείαις, quam lectionem secutus etiam est Bilibaldus interpres, Animo deficere seruire, vertens. Ribittus autem Gnomologi verba ita transtulit: Et fortitudinem esse dicimus, & timiditatem. item in maius periculum. Alter Maximi locus extat capite quinto his verbis: θεοῦ μὲν ὀργῆς πηνυλίαν τινὰ καὶ πτενούμεν ἢ ἀκούομεν τὸ λήμμα. τῆς κτ' τῶν ἀξίαν κινήσεως. Hic pro πηνυλίαν τινὰ Gesnerus πηνυλίαν, quod legendum suspicatur ineptum est. Idem pro λήμμα, λήμα emendat Gregorius ipse in epithio

taphio patris ipsius, vnde hic locus sumptus est, λείμμα habet, pag. 69. quam lectionem secutus Bilibaldus, commotionis residuum, vertit. πηνυλίαν etiam legitur in oratione Gregorij de patre ipsius tacente pag. 58. ὑποτιρῶν δὲ θύμας πηνυλίαν τὸ τῆς ὀργῆς ἔχατον, inquit, ἵνα ὄλον κενώση τοῖς μὴ παρεπδομένοις ἐν τῆς χενώσητ⊕. Allusit vtroque loco Gregorius ad locum Psalmi 74. πᾶν ὁ πηνυλίαις ὑπὲρ οὐκ ἐξέκενῶσθαι. id est, Veruntamen lex eius non est exinanita. ὁ πηνυλίαις, inquit Suidas, ὁ πηνυλίαις τὸ ἔχατον τῆς ὀργῆς. Idem Suidas, πηνυλίαις, inquit, ὑπὸ θεοῦ ἢ χαλεπωτέον τιμωρία. Ribittus Maximi verba ita vertit: Diuinæ iræ asperitatem & credimus & audimus concitationem propositi eius, aduersus eos qui digni sunt & commeriti supplicium: omnino legens, vt Gesnerus legendum esse credidit. Sed nos, πηνυλίαν recte legi, iam abundè probauimus. Vtrum autem λήμα, an λείμμα sit legendum; & an κινήσεως, an κενώσεως, lectori diiudicandum relinquimus: nobis satis est loca indicasse.

Liberatur ab errato Clementis Alexandrini locus, ⊕ Valerij Maximi in Ere Pamphylia.

CAPVT II.

CONTVLI nuper Clementem Alexandrinum Græcum, cum Latino eius interprete; & quod in conferendo deprehendi erratum Græci codicis, atque Latini etiam interpretis, dissimulare hic nolui. Locus est libro Stromaton 5. οὐτε οἱ μῦθοι οἱ πυνδυόρειοι, ἀλλ' οὐδὲ οἱ παρὰ πλάτωνι ἐν πολιτείᾳ πρὸς τὰ ἀρμενίου, καὶ ἐν γοργίας εἰσίκου ἢ βαδισμάνδου⊕. Hic Gentianus ab Armenio vertit; cum vertere debuerit, Eros Armenij, & legere ἦρος τὰ ἀρμενίου. Sequitur enim apud eundem eodem libro: ὁ δὲ αὐτὸς ἐν τῷ δεκάτῳ τῆς πολιτείας ἦρος τὰ ἀρμενίου τὸ γέν⊕ πεμύλου μέμνη) ὅς ἐστι ζοροάσπης. αὐτὸς γοῦν ὁ ζοροάσπης γράφει ἰά δε. Σωζέγραψε ζοροάσπης ὁ ἀρμενίου τὸ γέν⊕ πᾶμφουλ⊕ ἐν πολέμῳ τελεθίσεως, ἐν αἰδῆ γηυόμεν⊕ ἐδάλλυ παρὰ θεῶν' πὸν δὲ ζοροάσπης τοῦτον ὁ πλάτων δουδεκαταῖον ἐπὶ τῇ πηνυλίαν ἀναβιάσθαι λέγει. Platonis locus hic est: ἀλλὰ οὐ μέντοι ζοῖ, ἦν δ' ἐγὼ ἀλλήλου γε ἀπόλογον ἐρῶ, ἀλλ' ἀλλήμου μὲν ἀνδρὸς ἦρος τὰ ἀρμενίου Ἰδὲ

γένεσι παμφύλου, ὅς ποτε ἐν πολέμῳ Γελδότηους ἀναειδέντων δεκαταίων
 ἤν' νεκρῶν ἢ δὴ διεφθαρμένων ὕμης μὲν ἀνηρέθη, κρημιθεὶς δ' ἐοικαθε μέλλων
 δ' ἀπ' ἑδρῶν ἀνασταταίῳ ἐπὶ τῇ πυρρῇ κείμενῳ ἀνεβίω. ἀναβίους δ' ἐλεγε ἂ
 ἐκεῖ ἴδου. Valerius Maximus lib. 1. Quæ minus admirabilia Eris
 Pamphylij casus facit, quem Plato scribit inter eos qui in acie ce-
 ciderant, decem diebus iacuisse (aliter latuisse) biduoque post-
 quam inde sublatus esset, impositū rogo, reuixisse, ac mira quædā
 tempore mortis visā, narrasse. Hic impressi tamen codices habēt,
 Pherai, scripti Eeretrīs, mendose vtrunque. Macrobius in som-
 nium Scipionis scribens: Sed ille Platonicus secretorum relator,
 Er quidam nomine fuit natione Pamphylus, miles officio, qui
 cūm vulneribus in prælio acceptis, vitā effudisse visus, duodeci-
 mo demum die inter ceteros vna peremptos, vltimo esset hono-
 rādus, igne subitō seu recepta anima, seu retenta, quicquid emen-
 sis inter ytranq; vitam diebus egerat, viderat ue, tanquam publi-
 cum professus iudicium humano generi nunciavit. Si Clemens
 Alexandrinus castigatus est, Xystus Betuleius errore lapsus est,
 scribens hunc fuisse natione Armenium, patria Pamphylum.
 Nam τὸ ἀρμενίου nomen patris Eris, siue Zoroastis est. Idem scri-
 bit Valerium à Platone diuersa scribere, quod apud Valerium
 decem, apud Platonem duodecim dies inter cadauera hunc iac-
 uisse legatur, in quo equidem illi non assentior. Aeneas Gazæus:
 καὶ τοὶ καὶ πλάτων τῷ Στόματι τὸν ἀρμόνιον ἐξ ἄδου πρὸς τοὺς ζῶντας ἀνάγει,
 mendose ni fallor.

*Explicantur Theocriti Chij duo apophthegmata, & obiter re-
 purgatur Clementis Alexandrini codex.*

CAPVT III.

Extat apud Stobæum Theocriti Chij in Anaximenem orato-
 rem, scōmma, his verbis: Θεόκριτος ὁ χιῖ ἀναξιμένους λέξεν μέλ-
 λοντῶ, ἀρχῆ) εἶπε λέξεν μὲν ποταμὸς, νεὶ δ' ἐ σαλαμὸς. id est, Theo-
 critus Chius cūm Anaximenes orator esset habiturus orationē,
 Incipit, inquit, verborum quidem flumen, sed mentis gutta.
 Clemens Alexandrinus Stromatōn lib. 1. similem huic locum
 habet, sed in littera vna deprauatum, ποταμὸς, inquit, ἀτ' ἔχων
 ῥημάτων

ῥημάτων οὐ δ' ἐ σαλαμὸς. quod Gentianus perperam ita vertit: Ver-
 borum non flilla cadens, sed flumen inertum. Legendum autem
 ῥημάτων, νοῦ. i. flumen inertium verborum, mentis autem gutta.
 Diuus quoque Gregorius inquit in Iambicis, ἔφησέ τις πεντ' φιλο-
 χεύσαντά δ' ἐ. θέλω τύχης σαλαμὸν ἢ φρενῶν κίτον ἢς μὴ παρούσης δυσ-
 χεύσαν αἰ φρένες πρὸς ὃν τις ἀντέφησε ἢ φιλοφρόνων, φανὲς φρενῶν μοι μάλλον
 ἢ βουδὸς τύχης. id est, hæc verba auarus quispiam pronunciat: Potior
 opum est vel guttula animi dolio. Absentibus quibus statim
 mens labitur, huic cultor animi quispiam infit, inquit, Præstat
 animi guttula, quàm opum voragines. 3. senarium adieci ex Gno-
 mologis. Plutarchus de exilio: ἀεὶστέλει δ' ἐ καὶ λελοιδόρηκε θεόκρι-
 τῶ ὁ χιῖ ὅπ' τὴν παρὰ φιλιππῶ καὶ ἀλεξάνδρῳ διατακτῶ ἀγαπήσεις εἴλετο
 ναίειν ἀντ' ἀκαδημίας βορβόρου ἐν ποταμῶ. ἐστὶ γὰρ ποταμὸς περὶ πᾶλλου ὃν
 μακεδόνες βορβόρον καλοῦσιν. Hoc nos olim ita sumus interpretati,
 Theocritus Chius obiecit Aristoteli, quod ille amans conuicere
 Philippo & Alexandro, pro Academia elegisset sibi domicilium
 in restagnationibus Borbori, quod fluuij est nomē circa Pellam,
 & lutum quoque significat. Hoc Theocriti Chij epigramma re-
 peri totum apud Eusebium libro 15. præparationis Euangelicæ:

ἔρμείου εὐνούχου τε καὶ εὐβούλου τό δ' ἐ δούλου
 μήμα κενὸν κενόφρον δῆκεν ἀεὶστέλης.
 ὅς διὰ τὴν ἀκρατῆ γαστρὸς φύσιν εἴλετο ναίειν
 ἀντ' ἀκαδημίας βορβόρου ἐν ποταμῶ.

Apud Laërtium tantum duo versus extant, nonnihil diuersi:
 ἀπέσχωλε ὃ εἰς αὐτὸν, inquit, ἐπιγράμμα καὶ θεόκριτος ὁ χιῖ οὐτως ἰ-
 ποιήσεις ὡς φησὶν ἀμβερύων ἐν τῷ περὶ θεοκρίτου,
 ἔρμείου εὐνούχου ἢ δ' εὐβούλου ἅμα δούλου
 σῆμα κενὸν κενόφρον τεύξεν ἀεὶστέλης.

*Referuntur duo apophthegmata parasitorum, Clisphi & Demo-
 clis, & castigatur ex posteriori prius.*

CAPVT IV.

Athenæus Dipnosophistarum libro sexto refert hoc Clisphi
 apophthegma: ὁ δελφὸς δ' ἐ, inquit, ἠγλώσανδρῶ ἐν τοῖς ὑπομνήμασι πρὸ
 τῷ κλεισφόρου τὰ δ' ἐ ἰσορεῖ. φιλιππου τὸ βασιλείως ἐπ' ὄντῳ διότι χράματα

αὐτῶν ἑνομήσθαι πρὸς κούριον. τῆ βασιλείας, καὶ εὖσθαι. πρὸς ἄνθρωπον ἔφη, σὺ γὰρ νῦν τοὺς θεοὺς ἰσθὶ φίλιππου εἰπόντων. ἢ δὲ σὺ οἶδας ἡσθὶ ὧν γέγραπται νῦν τὸν Δία τὸν μέγιστον, εἶπεν, ἀφραὶ γέμοι ἐπιτίμους. id est, Cūm Philippus dixisset sibi litteras esse allatas à Coryte rege, Clifophus qui illic aderat, Tu quidem per deos, inquit. Cūm Philippus dixisset, Quid autem, Nostin, quibus de rebus scriptæ sint? Per Iouem Maximū, inquit, Tu me summe obiurgasti. Hic in Κύριε, id est, Tu quidem, vitium est, & pro eo legendū εὖγε vnus litteræ mutatione. Probat hanc nostram castigationē, tum sententia ipsa, tum alterum apophthegma ad Democlem auctorem relatū, quod narratur paulò pòst ab eodem Athenæo: ὁ δὲ ἀκακιστὸν δὲ ποτε φιλίων ἡσθὶ δὲ Διονυσίου, ἔφη τὸ δὲ εἰπὼν εἰσὼν ὁ Διονύσιος εἰς τὸν οἶον. ἡσθὶ ματα ἦν ἄνδρες φίλοι ἐσθὶ ἀμφὴν πρὸς τῶν ἡγεμόνων τῶν εἰς νέαν παλιν ἑποσταλέτων, ἢ ὁ Δημοκλῆς ἡσθὶ λαβῶν ἔφη, εὖγε νῦν τοὺς θεοὺς ἐποίησαν ἔφη, Διονύσιε, κακὸν ἔσθὶ περὶ βλαβῆς αὐτῶν, πρὸ δὲ οἶδας ἔφη σὺ ἄλλα καὶ γνῶμῃ ἐστὶν ἢ τούτων τῶν ἀ γέγραπται, εὖγε νῦν τοὺς θεοὺς ἀπιτετίμους ἔφη Διονύσιε. id est, Inuitatis autem aliquando ad cœnam amicis à Dionysio, ingressus domum Dionysius, litteræ, inquit, vobis ὁ viri amici misse sunt à ducibus Neapolim missis. & Democles respondens, inquit, Bene quidem per deos fecerunt ὁ Dionysii. tum ille hūc intuitus, Quonam autē modo, inquit, tu nosti vtrum nobis grata sint quæ scripserunt, an contra? Bene profecto, inquit, per deos obiurgasti Dionysii. Hunc errorem non animaduertit, qui nuper nobis Athenæum vtcunq; Latinum fecit. Vertit enim, Et tu per deos.

Explicatur apophthegma Corydi, & emendatur Athenæi codex.

CAPVT V.

REFERT Athenæus Corydi parasiti ex Lynceo Samio hoc apophthegma: κορύδι συμπινοῦσης πινὸς ἐταίρας ἢς ὄνομα ἦν γνομή, ἢ τῆ οἰναρίου ἡσθὶ κούριον εἰσθὶ φέρειν, ἐπέλασεν ἑκατὸν δύο ὀβολοὺς, γνῶμῃ δὲ συμβάλλεσθαι ὅτι δοκεῖ τὰ δῆμῳ. Hoc Erasmus ita vertit: Corydus parasitus compotante ipsi meretricula cui nomē erat Gnome, cūm vinum deficeret, ipse iussit imponi duos supra centum obolos: Gnomē autem conferre quantum populo videretur: notans il-

lam è

lam è populo quæstum facere. hactenus Erasmus. Athenæi Interpres Latinus ita: Cūm amica quædā cui nomen erat Gnome, apud Corydum cœnaret, vinumq; defecisset, centū & duos obolos adferri iussit; Gnome verò cōferret, quid populo esset visum. Decepit vtrunquē mendosus codex. Nam pro ἑκατὸν legendum est, ἑκασεν. hoc sensu. Cūm Corydo compotaret meretrix quædā cui nomen erat Gnome, hoc est, sententia, & villum defecisset, iussit vnumquemque duos obolos inferre; Gnomē autem conferre quod populo videretur. Captauit iocum ex ambiguis vocibus γνῶμῃ συμβάλλεσθαι, quod & Gnomē vnā symbolam dare significat, & sententiam dicere vel ferre. Herodotus in Vrania: πῶλιν γὰρ τὸν δεμισοκλήα ὡς χόμιον οὕτως ἐπέλαε γνῶμῃ συμβάλλεσθαι. i. ita demum, vel, ita denique sententiam dicere. Porro quod pro ἑκατὸν δύο ὀβολοὺς, ἑκασεν δύο ὀβολοὺς legēdum duxerimus, id nemo, opinor, qui quidem aliquid iudicij in Græcis litteris habeat, improbabat. Pausanias pag. 191. εἰ τῆ ὀμῆρου καὶ τῆ μαριφόρον τοῖς ἐπιστο γνῶμῃ συμβάλλεσθαι. sententiam ferre.

Diogenis Cynici & Philoxeni Pternocopidis eiusdem argumenti apophthegmata. CAPVT VI.

Scribit Athenæus hoc Philoxeni apophthegma: φιλόξενος ὁ παρύσιος ἡσθὶ Περνοκόπης δὲ ἐπιπύριον πρὸς αὐτῶν αἰσῶν ὡς ἀκακιστὸν ἐλαῶν, ἢ μετὰ μικρὸν περὶ σενε χθείσης λοπάδ ἡσθὶ ἰχθύων, πατάξαι τὸ βύβλιον ἔφη, μᾶστιξεν δὲ ἐλάαν. id est, Philoxenus parasitus cognomento Pternocopis, prandens apud Pythonem, cūm paulò pòst allata esset patina piscium, percusso vasculo oleario, pronunciauit hoc hemistichium Homericum, μᾶστιξεν δὲ ἐλάαν: quod Homero significat, flagellauit equos vt currerent. Philoxenus autem intelligi voluit, Abiecit autem oleam. Nam ἐλάαν Atticè in accusandi casu oleam significat, & καὶ διὰ λέγειν ἐλάαν, pro ἐλᾶν, vel, ἐλαύνειν infinitiuus est. Erasmus hoc ita: Philoxenus cognomēto Pternocopis prandens apud Pythonem, appositis oleis, cūm paulò pòst inferretur patina piscium, percusso vasculo, quod habebat oleas, Homericum hemistichium dixit, μᾶστιξεν δὲ ἐλάαν, id est, scutica incitauit vt traherent. Nam de auriga dictum est.

Sensit

Sensit autem Philoxenus oleas quamprimum auferendas, alludens interim ad Græcam vocem ἐλαίων, quæ sonat olearum, & ἐλάων, quod sonat trahere currum, aut aliquid simile. Haecenus Erasmus. Latinus interpres Athenæi vertit hoc absurdissimè: Philoxenus, inquit, parasitus cognomento Pternocopis, cum apud Aristonem cenaret, olinæque essent appositæ, ac paulò post illata esset olla piscium, catinū quatiens Oliam percussit, inquit, pro, περὰ πύδωνι ἀεισῶν, legens πρὸ ἀρίσωνι δειπῶν. Diogenes Laërtius refert simile huic Diogenis Cynici dictum his verbis: διογένης ἀεισῶν ἐλάωσ πλάκωντι ὁ εἰσπερχθέντι ὁ βίβας φησι,

ὡς ἔνε τυράννοις ἐκποδῶν μεδίσασο.

ἢ ἄλλοτε μάστιξεν δ' ἐλάων. id est, Diogenes prandens oleas, postquam est allata placenta, oleis abiectis pronunciauit hunc senarium ex Phœnissis Euripidis,

ὡς ἔνε τυράννοις ἐκποδῶν μεδίσασο. id est, Hospes tyrannis de via decedito. Item alio tempore pronuntiauit illud Homeri, μάστιξεν δ' ἐλάων, quibus verbis Homerus quidē significat equos ad fugam scuticis concitatos; Diogeni autem hæc verba significant, abiecit oleam. Erasmus ad marginem libri annotauit delicias pretas hic fuisse à Diogene, & ita Laërtij locum est interpretatus. Diogenes quodam tempore prandebat oleas, mox inductam placentam abiecit, accinens illud è tragicædia;

ὡς ἔνε τυράννοις ἐκποδῶν μεδίσασο. Item illud Homericū,

ἄλλοτε μάστιξεν δ' ἐλάων. id est, Interdum scuticis agitabat, se tyrannum appellans, deliciarum contemptorem, quas procul abigi volebat. hæc Erasmus. Ambrosius, Laërtij vetus interpres, his verbis hæc transtulit: Prandebat oleas; inuectam verò inter prandendum placentam proiecit, dicens: O hospes hinc citò proficiscere: cetera omisit, quæ postea ex Erasmo, Curione & alijs accreuerunt. Eustathius etiam meminit his verbis pag. 860. Διῆλον δ' ὅτι τὸ μάστιξεν δ' ἐλάων περὶ δισησ διογένους παρωσάμενος μὲν περικειμέναις ἐλάωσ ἦγονν κερπυῖς ἐλάωσ ἀψάμεν ὁ δὲ ὄλου πολυτελοῦς. Idem pag. 949. καὶ ὁ χεὶ διογένου ἀσεύσιμος τῶ, μάστιξεν δ' ἐλάων, ἦγονν ἀπερράπτησιν ἀπωσάμεν ὁ δ' ἐλάων.

Tolluntur

Tolluntur duo ex apophthegmatis Plutarchi menda.

CAPVT VII.

ΑΡΥΩ Plutarchum in Laconicis extat hoc Anaxandridæ apophthegma: ἄλλου δὲ ἐρωτῶντι ὁ δὲ τί ἐν τοῖς πολέμοις ἀσπρτιᾷ ἁπαρβαλέωσ κινδυνεύουσι, ὅτι ἔφη δειδῶσ περὶ βίου μελετῶμεν, οὐχ ἄσπερ οἱ ἄλλοι φοβεῖσθῶσ. Hoc Erasmus sic est interpretatus: Alij cuiuspiā percontanti quamobrem Spartani semet impauide obijcerent periculis, quoniam, inquit, pro vita timere consueuimus, non aliorum more expauescere. Amicus noster Petrus Nannius, arbitror, inquit, in Græcis vitium esse, & pro δειδῶσ, ἀσπρτεδῶσ legendum, vt fit mens apophthegmatis: Ideo Spartanos in bello pericula audacter subire, quod exercitati sint pro vita pugnare non timere. Haecenus Nannius: cui in eo assentior quod vitium subesse sit arbitratus, sed pro δειδῶσ, non vt ille, ἀσπρτεδῶσ legendum censeo, sed αἰδῶσ: atque ita habuisse Regij Græcum exemplar, constat ex illius versione. Habet enim, Vereri, non vt alij, timere studemus. Refertur hoc dictum, cum ad alios, tum ad Polydorum: ὅτι ἔφη αἰδῶσ τοῦσ ἠγαμόνας ἔμαδον οὐ φοβεῖσθῶσ. & ad Chilonem: ἰσχυρὸν ὄντα πρῶτον ἔφῳ ὅπως οἱ πησιόν αἰδῶν ἢ μάλλον ἢ φοβῶν. Est & alterum vitium huic penè par, apud eundem Plutarchum in dictis Archidami Agefilai filij: ἐν δὲ τῶσ πρὸσ φίλιππον πολέμῳ συμβουλευόντων πινῶν ὅτι πῶρῶ τῆσ οἰκείασ τὴν μάχην ζωάπτην διεῖ, ἀλλ' οὐ τοῦτο ἔφη ὄρῶν δειῖ ἀλλ' εὐμαχοῦμενοι κρείσσονεσ τῶν πολεμίων ἐσόμεθα. Erasmus hoc ad hunc est interpretatus modum: In bello quod gerebatur cum Philippo, quibusdam suadentibus, vt procul à patria pugnaretur, haud istud spectandum est, inquit, sed bene pugnantes hostibus erimus superiores. Significans non perinde referre, vbi configas cum hoste, vt quàm strennuè se gerat dux aut miles in bello. Rectè Erasmus, inquit Nannius, secundum Græca verba, sed existimo legendum, pro εὐμαχοῦμενοι, οὐ μαχοῦμενοι, hoc est, ὅπου, nimirum hoc sensu: Non curandum, num procul à domo, sed vt ibi prælium conferent, vbi vincerent, victoriæ opportunum locum non longè distitum à patria respectandum. Haecenus Nannius: à quo, quantumuis amico, cogor iterum dissentire, & sequi potius lectionem Raphaëlis Regij, qui hic legit, ἀλλ' εἰ μα-

g

χοῦμενοι.

χοῦμενοι. Nam vertit, At hoc, inquit, non est videndum, sed an pugnantibus hostibus superiores futuri sumus.

Reponitur lectio apophthegmatis Archidami apud Plutarchum. CAPVT VIII.

Est eiusdem Archidami apophthegma apud Plutarchum itidem, vt superiora, in voce vna mendosum, sed non in omnibus exemplaribus. Nam cum in hoc opere apophthegmatum bis referatur, semel ita illic legitur, vt nos omnino vtrobique legendum esse contendimus: ἀρχίδαμος ἐν τῷ πελοποννησιακῷ πολέμῳ ἦν συμμάχων ἀξιούντων ὀρίσαι τοὺς φόρους αὐτοῖς εἶπεν ὁ πῶλεμος οὐ τεταλμένα ζητεῖται. Vbi Regius: Bellum non pasci determinatis, Philadelphus bellum non constitutis pasci. Brusonius pag. 110. Nulla enim mensura bellū nutriri, teste Archidamo. Meminit huius apophthegmatis sæpe Plutarchus, vt in vita Cleomenis, vbi Interpres, bellum non mensurato atq; ad ordinem instituto vescitur cibo. Et in vita Crassi, vbi Guarinus: Bellicorum sumptuum nullus est modus, nulla mensura bellum nutritur, qui in eo errat, quod ζητεῖται putarit passiuū generis esse. Posteriori loco ita est apud Plutarchum excusum: ἦν δὲ συμμάχων ἐν τῷ πελοποννησιακῷ πολέμῳ ἀπιζητούντων πόσα χρήματα ἀρκεῖσαι, καὶ ἀξιούντων ὀρίσαι τοὺς φόρους, ὁ πῶλεμος ἔφη οὐ τεταλμένα ζητεῖ. Hęc Erasmus ita vertit: In bello Peloponesiaco socijs rogantibus quanta pecunia futura esset satis; ac postulantibus, vt tributorum certum modum præcriberet: Bellum, inquit, non quarit definita. Regius: Bellum, inquit, statuta non quarit. Cælius etiam perperam legit: ὁ πῶλεμος οὐ τεταλμένα ζητεῖ, & vertit, non ordinata quarit. Budæus in commentarijs de verbo λαίω agens, citat ex Problematis Plutarchi: ὁ πῶλεμος οὐ τεταλμένα σπεῖται, & interpretatur, non certa, non fixa. Sed pro Problematis, puto legendum, Apophthegmatis. Apud eundem Plutarchum in vita Demosthenis hoc dictum ad Crobylum refertur, sed hic locus εἰπὼν κρόβυλον τὸν δημαγωγὸν ὡς οὐ τεταλμένα σπεῖται πῶλεμος, est in Latinis libris vulgaris prætermisus. Wolfius ita: Crobylum magistratum dixisse, Bellum demenso non pasci.

Defenditur

Defenditur Erasmus à calumnia Robortelli, in voce ἐνεύρειν.

CAPVT IX.

Laërtius in Diogenis Cynici vita, scribit hoc Diogenis apophthegma: πρὸς ἄλλον ἐπὶ τῷ αὐτῷ δνεύσειν, ἔφη, καὶ γὰρ ἐνεύρουεν θάπρον, ἀλλὰ νῦν οὐ. Hęc verba ita est Erasmus interpretatus: Cui opprobianti hoc ipsum obtentu iuuentutis crimē defendit: Tunc celerius reddebā lotium, nūc non itē. Cynica circūitione notauit iuuenilem aetate, quæ facilius reddit humorē vesicæ, cum senibus molesta sit dysuria. Hactenus Erasmus, quem reprehendens Robortellus, Putauit, inquit, Erasmus esse ἀπὸ τῷ οὐρεῖν, i. mingere, sed cur non animaduertit compositionē verbi? an frustra cōponitur? οὐρεῖν significat, præter mingere, & secunda vtor navigatione & vento. Idem ἐρξεν. Est igitur dictio cōposita, ἀπὸ τῷ ἐρεῖν, i. secundo vtor vento, & νέε. i. iuuenis: νεερεῖν igitur appositissimè dixit, se in iuuentute Diogenes, id est, se vsū esse tum secundo iuuentutis afflatu in viuendo. Hęc Robortellus, quem vicissim refellens Petrus Nannius: Quid si, inquit, potius cōponatur à præpositione ἐν & ἐρεῖν, quod omnino verum puto, vt significet immingere, quo vitio tenera pueritia subinde laborat, vt stratis suis & cunabulis immingat, eoq; hic dictum sit à Diogene, quod puer olim parū continens fuerit, ac proinde culpā eam non tam suam fuisse quam aetatis. ceterum se iā aetate emendatiore factum esse. Hucusq; Nannij verba retulimus. Nos autē olim, immeiebā, verteramus, & tali scholio versionem nostrā tutati fueram. Loquitur hic Diogenes de puerorū vitio, de quo Aegineta in 3. his verbis: χάλασις τῶ κατὰ τὸ βάλανον τὸ κύσεως μύδος τὸ ἦν ἐνευρέτων πάθος ἐργάζετο. διὰ τοῖς πνευσίν ὡς μάλισα συμβαίνειν εἰωθεν. i. Laxatus vesicæ musculus, hoc immeientium vitium facere solet, quare pueris hic morbus maximè cōtingit. Vt ἐνεούρουεν Atticè dictum sit, pro ἐνούρουεν, quem admodū ἐανοῦμιλον & ἐώδουεν, pro ἐνούμιλον, ὄδουεν. Docet hoc Aristophanes in Lyfistrate: Σωματίδια σείν παρῆστιν ὡσπερ ἐνευρηκότας. i. eorū more qui imminxerunt, excutere palliola licet. vbi Σωματίδια dictū est, pro λαίματα. & Demosthenes κατὰ κρόνον τὰς ἀμίδας κατεσεδάγγυον καὶ προσεούρουεν. Eustathius pag. 1828. Ἐποδραύματα δὲ πῶς αὐτὰ δημοδενικοῦ τοῦ, ἐνεούρουεν τε ἡμῖν καὶ τὰς ἀμίδας κατερρήγυον. Laërtius cōmuniter dixit, προσούρησεν αὐτοῖς ὡς κύων. Voce ἐνούρειν,

g 2

vtitur

vitur enarrator Aristophanis in Equites de Cratino, inquit : ἢ τὸ βρώσις εἶπε σκόπων πρὸς τὸ ἐνουρεῖν τὸν κρατίνον. Et adagium εἰς τὴν ἀμίδα ἐνουρεῖν. id est, in matulam immeiere, & Dioscorides in illo ἐνουροῦντι δὸς πίνειν σπέρμα. Si quis nobis occinat ἐνεούρου dici, vt ἐωνούμιω, ἐώδω, neminem Grammaticorum tradere, velim, vt idem mihi respondeat, vbi apud Grammaticum legerit, ἐορτάζω habere in præterito imperfecto ἐώρταζον, non ἠώρταζον, quod tamen ita habere mille auctorum loca testantur. Theophrastus : καὶ ὁ ἐχίνος χερσαῖος ἐνουρεῖ τὴν δέρματι καὶ διαφθεῖρει.

Castigantur Pollux & Priscianus.

CAPVT X.

Pollux libri sexti capite decimo : τὸ μὲν τοι Κιλφίου τὸ μὲν σπέρμα καλεῖται μάνδακις, ἢ ἢ ῥίζα Κιλφίων, τὸ δὲ φυτὸν καυλός, τὸ δὲ φύλλον δάσπετον. In his verbis duo sunt vitia; nam pro μάνδακις legendum est μαγύδακις, & pro δάσπετον μάσπετον. Dioscorides : Κιλφίων Ἰβυναῖται ἐν τοῖς κρητοῖς σὺν τῇ ἀρμενίαν καὶ ἰμβρίαν ἰσοποιεῖ καὶ λιθύλλω οὗ ὁ καυλός μάσπετον καλεῖται. Helychius : μάσπετον τὸ Κιλφίου τὰ σπέρματα πῶς τελεῖ ἢ τὸ τὸ καυλοῦ ἔργον. Idem : μαγύδακις ὁπὸς Κιλφίου. οἱ δὲ ἕτερον τὸ Κιλφίου (ἢ) μανώτερον. Dioscorides : ἐνιοὶ δὲ τὸν μὲν καυλὸν Κιλφίων ἐκαλεῖσσαν, τὴν δὲ ῥίζαν μαγύδακιον, τὰ δὲ φύλλα μάσπετα. Theophrastus φυτικῆς ἱστορίας libro 6. capite tertio. τὸ δὲ Κιλφίων ἔχει ῥίζαν μὲν πολλὴν καὶ παχέαν, τὸν δὲ καυλὸν ἠλίκων νεώρηξ; καὶ δὲ καὶ τὸ πάχει ὡς ἀπλήσιον, τὸ δὲ φύλλον ὁ καυλοῦσι μάσπετον ὁμοιον τῷ σελίνω. Idem paulò post : ἢ ἢ καλουμένη μαγύδακις ἕτερον ὅστις τὸ Κιλφίου μανώτερον τε καὶ ἦπλον εἰμιμύ. Priscianus libro 7. agens de accusatiuo 3. declinationis. Plautus in Rudente: Seu tibi confidis fore multam magudarim, quod significat frugis genus, id est, caulis, qui nascitur ex ea parte, cuius radix sirpis auellitur, vel, vt alij volunt, filiginem, sic habent impressi omnes. Ego autem omnino legendum censeo, cuius radix syrpe appellatur, vel, vt alij vocant, silphium. Nam in scripto quæ vidi, cum cetera essent eadem, est tamen, vel vt alij vocant, filiginem. Plautus in Rudente : Speras tibi multum hoc anno futurū syrpe & laserpiciam. Plura Plinius, Hermolaus, & Solinus supeditabunt, quædam etiam Strabo & adagium Bathi silphium.

De

De Oco funem torquente Plinium cum Propertio sentire, contra Paræmiographi sententiam, Plutarchus explicatur. CAPVT XI.

In adagio, Ocnus funem torquet, Paræmiographus post Propertij verius : *Dignior obliquo funem qui torqueat Ocnus, Aeternus que tuam pascat Afelle famem.*

scribit, se mirari, cur Plinius eum scripserit appellatum Ocnus, id est, pigrum, qui funem torqueret, ac non magis asellum ardentem. maxime cum Propertius non eum Ocnus appellet qui torqueat, sed illi torqueri funem, vt asinū intelligas citius, quam torquentem. Hactenus Erasmus, qui putauit in versu Propertij Ocnus esse dandi casus, cum sit auferendi casus. i. quam Ocnus. Idem etiam eodē loco Plutarchi verba perperā legit, & interpretatur ad hunc modū : ἢ τινι παρήσιον ἐπιβοσκομένω καταναλίσκεται τὸ πλερόμενον. Cui adest qui depascens absumit id quod totum fuerit. cum legendum sit, ὄνω τινι παρήσιον ἐπιβοσκομένω τὸ πλερόμενον καταναλίσκεται. id est, Asinæ cuidam pascenti permittit absumere quod totum esset. Vidit hoc etiam Henricus Stephanus in animaduersionibus in adagia. Budæus interpres eius libelli de securitate animi, Quicquid, inquit, sit, nus, ex sparto in torsit, asellum propter se astantem exedere totum ignauiter finit. Diodorus : τὴν τε περὶ τὸν ὄνον μυθοποιεῖται δεινυδὸς πλησίον κατὰ τινα παρήσιον καταναλίσκεται, πλέκοντα μὲν ἐνὸς ἀνδρὸς ἀρχὴν χοινοῦ μακρὰν, πολλῶν δὲ ἐκ ἑῶν ὅπασθεν λυόντων τὸ πλερόμενον. in fine primi libri. Suidas in ὄνου πρὸς αἰς ἀρίσταρχος δὲ διὰ τὸ κρατίνον ἔσπευδεν ἐν ἄδου τινα χοινοῦ πλέκοντα, ὄνον δὲ τὸ πλερόμενον ἀπιδόντα ὡς ἀποκείροντα.

Repurgatur à foedissimo mendo Suetonius, & explicatur Augusti vel Tiberij apophthegma siue presagium.

CAPVT XII.

Suetonius in Galba inquit : Constat Augustum Galba puero adhuc salutante, se inter æquales apprehensa buccula dixisse : καὶ οὐ τέκνον τῆς ἀρχῆς ἡμῶν παράβριξον. Sic habent impressi omnes quos vidi, quod Sabellicus putat valere iuxta sedens: Beroaldus,

g. 3

imperio

imperio nostro adhære: Egnatius, adnascitor, nemo omnium recte. nam pro παράρρηξιν voce nihili, legendum est παράρρηξι. Notandum tamen hic est quod Suetonius ad Augustum auctorem refert, hoc Tacitum, Dionem, & Iosephum ad Tiberium referre. Non omiserim, inquit, Tacitus præfagium Tiberij de Sergio Galba, tum consule, quem accitum, & diuersis sermonibus pertentatum, postremò Græcis verbis in hanc sententiã allocutus est, Et tu Galba quandoque degustabis imperium, seram & breuem potentiam significans. hæc tenus Tacitus. Dion lib. 57. οὕτω δ' οὖν ἰδὲ πεπρωμένον ἐκάσθ' ἑπὶ πρώτων καὶ ἐξήταζε καὶ ἠπίσταντο ὡσεὶ καὶ τῆς γάλακτος τῆς μετὰ ταῦτα ἀνταρχήσαντι ἀπαντήσας γυναικὶ ἐγγενημένῳ ἐπείν ὅτι, καὶ σὺ πατέρα τῆς ἡγεμονείας γενῆσαι. Idem in Galba: περὶ εἰπέ μὲν ἑαυτῶν καὶ ὁ Ἰμβέριος φήσας ὅτι καὶ αὐτὸς τῆς ἡγεμονείας παράρρηξε. Iosephus libro Originū Iudaicarum 18. Γάλακτος ποτὲ διασάμενθ' ὁ τιβέριος ὡς αὐτὸν εἰσόντα φησὶ πρὸς τοὺς ὀπιτηθειοτάτους αὐτῶν, ὡς παράρρηξιν ἀντὶ τῆς Ῥωμαίων περιμιθόμενθ' ἡγεμονίᾳ. Narrat etiam Suetonius quoddam Tiberij dictum non dissimile huic admodum: Tiberius quum comperisset Galbam imperaturum, verum in senecta, Viuat sanè ait, quando id ad nos nihil pertinet.

Reponitur D. Hieronymi locus. CAPVT XIII.

Olim Philippum Macedonem introentem ex more cubiculum vxor exclusit irata, qui exclusus tacuit, & versu tragico consolatus est. Hæc diuus Hieronymus aduersus Iouinianum. Erasmus putat hic deesse versiculos tragicos, quos puto esse hic ascriptos ex Plutarcho περὶ εὐθυμίας, sed ad Pittacum apophthegmate relato: ἐκάσθ' ἑπὶ ἑσπέρῳ ἡμῶν καλὸν ἔστιν, ὃ δὲ τοῦ μόνου ἀείψατο παράρρηξι οὕτω μακάριος ἐν ἀγορᾷ νομίζεται, ὅταν δὲ ἀνόητος τὴν δύστηναν τεισάθλιος. γυνὴ κρατεῖ πάντων ὀπιτάπει μάχεται ἀπὸ πλειόνων ἑδμῶν ἔγω δὲ ἀπὸ οὐδενός. Apud eundem περὶ ἀρετῆς καὶ κακίας, hī versus ita leguntur: ἔπειθ' ἂν δὲ ἀνόητος τὰς δύστηνας τεισάθλιος γυνὴ κρατεῖ πάντων ὀπιτάπει, μάχεται.

Seneca

Seneca & Suetonius emendantur in voce Mnesther.

CAPVT XI V.

Redeo ad Suetonium, vt castigem & alium apud eum locum. Is igitur in Caligula in vulgatis exemplaribus ita habet: M. Lepidum M. Nestorem pantomimum quosdam obfides dilexisse fertur commercio mutui stupri. Item M. Nestorem pantomimū etiam inter spectacula osculabatur. Idem paulò post: Et Pantomimus M. Nestor tragœdiã saltauit; quam olim Neoptolemus tragœdus, ludis quibus rex Macedonū Philippus occisus est, egerat. Et cum in Laureolo mimo (laureato hic legit Rhenanus) in quo actor proripiens se ruina sanguinē vomuit, vt plures secundarum certatim experimentū darent, cruore scena abundauit. Seneca in Apotheosī Claudij: Medius erat in hac cantantium turba M. Nestor Pantomimus. Omnibus his locis legendum est Mnesther. i. mnesther. Apud Suetonium ante Beroaldi deprauationem Minister legebatur. Apud Senecam prius erat nr vel mr. Nunc M. Nestor reposuit Rhenanus, ex Beroaldi sententiã. Idem in scholijs suis in Tertullianum ita legit Suetonij superiorē locum. In quo actor prorepens ē ruina sanguinem vomuit, vt plures secundarū & ceter. Ego malim legere, in quo actor primarum partium sanguinem vomuit, vt plures secundarum certatim & cet. Et Laureolo, omnino legendum, non Laureato. Iosephus ἀρχαιολογίας lib. 10. καὶ γὰρ μῖμος εἰσάγει καὶ ὅταν σαυροῦται λησῶν ἡγεμῶν (sic enim legendū censeo, non λησθῆεις ἡγεμῶν) ὅ, ἵε ὀργῆσις δράμα εἰσάγει κινῆσθαι, ἐν ᾧ ἄνθρωπος ἐκλείνεται καὶ ἡ θυγάτηρ μύρρα, αἷμα ἵε ἵν' ἱερῆτον περὶ καὶ τὸ περὶ τὸν σαυροῦθέντα ἐκχερῆμενον καὶ περὶ τὸ κινῆσθαι ὁμολογεῖται ὅτι καὶ ἡμέτερον ἐκείνου γένεσθαι ἐν ᾧ φέλιππον τὸ ἀμύντα μακεδόνων βασιλέα κλείνει παυσανίας εἰς ἡδὲ ἐπιφρον εἰς ἰδὲ θέατρον εἰσόντα. i. Nam Mimus introducitur, in quo in crucem agitur latronum dux (Laureolus) & Pantomimus (Mnesther) fabulam introducitur Cinyram, in qua scilicet tum ipse occidebatur, tum ipsius filia Myrrha, eratq; multus sanguis arte effusus, tum circa crucifixum, tum circa Cinyram. Constat autem illum eundem fuisse diem quo Philippū Amyntæ filium, Macedonum regem interemit Pausanias, vnus sodalium siue amicorū, ingredientē in theatrum. De Laureolo notū est carmen Martial.

Non falsa pendens in cruce Laureolum. & Iuuenalis:

Laureolum:

*Laureolum velox etiam bene Lentulus egit,
Iudice me dignus vera cruce.*

Mneſter autem, ut eò vnde digreſſus ſum redeam, legendum eſſe conſtat ex Dione & Tacito, apud quos ſolos ea vox incorrupta manſit. Dion itaque libro 58. ἀλλ' ἀνδριάντας ἀπὸ αὐτῆς ἢ μεσسالίνα τῆς μνηστῆρος τῆς ἀρχιῆς ἐποιήσατο. ἐπεὶ γὰρ τῷ γαίῳ ποτὲ ἐκείνῳ ἐκέρχρητο χᾶεν τινὰ ταύτιν αὐτῷ τῆς πρὸς αὐτὴν ζωουσίας κληθεῖτο. id eſt, Sed ſtaruas ex eo aere Meſſalina faciendas dedit Mneſteris pantomimi. Nam quia Caio aliquādo ille abuſus fuerat, quandā gratiam illi hanc conſuetudinis, quam cum ea habuiſſet referebat. Italicus, & Gallicus, & Latinus etiam Guilielmus Blancus, interpretes, ubique putarunt μνηστῆρα appellatiuum eſſe nomen, & prociū ſive amatorem ſignificare. Soli Wolfius Zonarae, & Guilielmus Xylander Dionis interpretes rectè, ut proprium ſit nomen, Mneſterem, interpretati ſunt. Idem Dion poſt aliquot paginas: τὸ μὲν τοι τὴν μεσسالίναν αἰδέμενοι, τὸ δ' ἢ τῆς μνηστῆρος φειδόμενοι. ὅσον γὰρ ἐκείνη διὰ τὸ κάλλος, τοσούτον τῷ δῆμῳ διὰ τὴν τέχνην ἤρεσκεν. οὕτω γάρ που θεινὸς Κοφίης ἐν τῇ ἀρχίῃ ἦν, ὡς τῆς οὐμίου ποτὲ μεγάλην αὐτοῦ δράματι αὐτὸν ἐπιβόητον ἀρχίῃσιν ἀπομένου παρὰ κνήμῃ τε ἐκ τῆς σκηνῆς καὶ εἰσένειν ὅπου οὐ δύναμαι τὸτο ποιῆσαι, τῷ γὰρ ὄρεθῃ συκκοίμημοι. id eſt, partim Meſſalinam reuerentes, partim Mneſteri parcentes. Quantum enim illi propter pulchritudinem, tantum populo propter artem ſuam placebat. Tantus enim artifex hic erat in ſaltandi arte, ut quum aliquando multitudo magno ſtudio ab ipſo contenderet, ut nobile quandam fabulā ſaltaret, caput ἐς ſcena protulerit, & dixarit, Nō poſſum hoc facere, nā cum Oreſte dormio. Idem Dion facie ſequenti: κλαύσει ἄλλους ἢ πολλούς, καὶ τὸν μνηστῆρα ἐθανάτωσε, καὶ μετὰ τὸτο καὶ τὴν μεσسالίναν ἐπέσφαξεν. i. Claudius cum alios multos, tum verò Mneſterē morte affectit, & deinde ſuper eum Meſſalinam iugulavit. Tacitus non procul à fine vndecimi: Solus Mneſter contationem attulit, dilaniata veſte, clamitans, aſpiceret verberum notas, remiſceretur vocis, qua ſe obnoxium iuſſis Meſſalinae dediſſet. Alijs largitione aut ſpei magnitudine, ſibi ex neceſſitate culpam, nec cuiquam ante pereundum fuiſſe, ſi Silus rerum potiretur. Commorum his & pronum ad miſericordiam Caſarem perpulere liberti, ne tot illuſtribus viris interfectis

hiſtrioni

hiſtrioni conſuleretur, ſponte an coactus tam magnè peccauifſet nihil referre. De alio Mneſtere Agrippinae liberto idem Tacitus lib. 14. Accenſo rogo liberus eius cognomento Mneſter ipſe ferro ſe tranſegit, incertum charitate in patronum an metu exitij.

De Neoptolemo tragædo. CAPVT XV.

Qui in Suetonium commentarios ediderunt, Sabellicus, Be- roaldus & Egnatius, quiſnam fuerit Neoptolemus tragædus, nō indicarunt. Quare ego, quod de eo apud Diodorum Siculum & Stobaeum reperiſſem, conijciendum in hoc caput eſſe putavi. Diodorus igitur libro 6. ἐν τῷ βασιλικῷ βιβλίῳ νεοπτόλεμος ὁ τραγῶδης φρωτεύων τῇ μεγαλοφωνίᾳ καὶ τῇ δόξῃ φησὶ λέξαντες αὐτῷ φιλιπποῦ περὶ τῆς ἐπιτεταμένων ποιημάτων καὶ μάλα τῶν ἀνηκόντων πρὸς τὴν κατὰ τῶν περὶ αὐτῶν στρατείαν, ὅτι τεχνίτης κρίνας οἰκίον ἑσοληφθίσεως τὸ ποίημα τῇ διαβάσει τῆς φιλιπποῦ, καὶ τὴν εὐδαμόνιαν ἐπιπλήξαι βουλόμην τοῦ φησὶν βασιλέως καὶ ἀπὸ οὗτῆς μεγάλῃ καὶ φειδότητι, ὅπως μεταπέσει ποτε εἰς τοῦναντίον ἀπὸ τῆς τύχης, ἤρξατο λέγειν τὸ δὲ τὸ ποίημα. φρονεῖτε νῦν αἰθέροισιν ἀφελότερον, καὶ μεγάλῃ πεδίῳ ἀρούρας φρονεῖτε κατὰ βασιλέως δόμων δόμοις, ἀφροσύνα πρὸς τὴν βιοτῆν λακμαρόμενοι, ὅτι ἀμειβάλλει λαχῶν κελύδων ἔργα σοκίαν. ἀφρο δ' ἀφραντες φησὶ μάλα ἀφροσύμῃ ἐπιπέδους θανάτων πολύμοχθῳ αἰδώς. Haecenus Diodorus. Meminit & Stobaeus: νεοπτόλεμον, inquit, τὸν τῆς τραγῶδης ἑσοληφθίαν ἤρατο τις τῶν θαυμάσιοι τῶν ἀρχαίου λεχθέντων ἢ Κοφοκλέους ἢ εὐεπείδου· οὐδὲν μὲν τούτων εἶπεν, ὁ δ' αὐτὸς ἐδέαστο ἐπὶ μείζονος σκηνῆς φιλιππον ἐν τοῖς τῶν δυναστῶν κλεοπάδρας γάμοις ποιησάντα καὶ τρισκαδέκατον θρονὸν ἐπιπλήξεντα τῇ ἐξῆς ἐπιφρονεῖντα ἐν τῷ δεῖσθῳ καὶ ἐβρίμμενον. id eſt, Neoptolemus tragædiae hiſtrionem interrogabat quiſnam, quidnam ab Aelſchylo, aut Sophocle, aut Euripide dictum admiraretur: Nihil quidem horum, inquit, ſed quòd ipſemet vidiffet Philippum Cleopatraz filiaz ſuaz nuptias magnificè celebrantem, in ſcena maiore, quumq; decimustertius deus eſſet appellatus, poſtridie in theatro iugulatum & proiectum. Plutarchus de Demoſthene: τοῦ δὲ πνεύματος αὐτῶν ἐνδόντος νεοπτόλεμος τῷ ἑσοληφθίῳ μυρίας δούνας ἢ καὶ περὶ αὐτοῦ ἀπνεύσως λέγει. Meminit etiam in oratione de pace & incertus auctor argumenti orationis περὶ τῆς φησὶ φησὶ, & Ter-

h

tullianus

tullianus in libro de anima : Neoptolemus, inquit, trágædus apud Rhœtium Troiæ sepulchrum Aiæcis monitus in somnis ab ipsa ruina liberatur, & cum lapidum senia deponit, diues inde auro redit. Vulgo tamen apud eum, pro, Rhœtium, legitur Eri-threum . Strabo : *ἔῤῥα ῥοίτειον πόλις ἐπὶ λόφῳ κειμένη καὶ τῷ ῥοιτείῳ συ-νεχῆς ἢ τῶν ἀλιτενῶν αἰάντειον, ἐφ' ἣ μῆμα καὶ ἱερὸν αἰάντῳ* . vbi mendo-se pro ἀλιτενῶν legitur ἀλιχῶν . Vnde factum est, vt interpretes ver-terit Rhœtium vrbs in colle sita, & regio litoralis Rhœtio con-tinua, & Haligenes & Æantium . In ea est Aiæcis tumulus & tem-plum . Arrhianus in 8. *ἐν ἀεισερᾷ δὲ νῆσον ἀλιτενεῖα ἔπειον* . Idem in-fra: *ἐνθεν ἐς κατὰ ἕλιν νῆσον ἐρήμην ἀλιτενεῖα* . Priori loco interpretes ver-tit, Haliteneam nuncupant, posteriofem omisit.

Notatur Eustathius, & castigatur Varinus.

CAPVT XVI.

Superior Strabonis locus admonuit me, vt diligentius inqui-rem in Eustathij, interpretis Homeri, verba: pag. 666. quæ sunt hæc : *ἑποὶ γούνη καὶ ὁ γεωγραφῶν ὅτι ῥοίτειον πόλις ἐπὶ λόφῳ . Συνεχῆς δὲ τῷ ῥοιτείῳ ἢ τῶν ἐφ' ἣ μῆμα καὶ ἱερὸν αἰάντῳ, καὶ ἀνδριάς ὄν ἀντώνιῳ μὲν εἰς ἀήνητον ἐκόμισε χρεῖζόμενῳ . Ἡ αἰγυπία κλεοπάτρας σὺν ἄλλοις ἀναθήμα-σιν . Ἄρατῳ δὲ ἐπιμαγαζῶν τοῖς ῥοιτεῦσιν ἀπέδωκεν, ὃ καὶ ὁ σεβαστὸς χρεῖσας ἐποίησεν ἐπὶ ὁμοίῳ τινῶν . λέγει δὲ καὶ ὅτι μετὰ ῥοίτειον τὸ σίγειον πόλις κα-τεσπασμένη, καὶ τὸ ναύσταθμον, καὶ τὸ ἀρχαῖον στρατόπεδον, καὶ ὅτι ἡ ᾠδὴ αἰ-ἀπὸ ῥοιτείου μέχρι σιγείου καὶ τῷ μῆματῳ ἀχλλέως, εἰάν τις εὐδυποῖ ἢ ἐπὶ σάδια . πρὸς δὲ τῷ Σιγείῳ ἀχλλέως μῆμα καὶ πατρόλου καὶ ἀντιλόχου, καὶ ἐναυλίζουσι οἱ ἱλιεῖς τούτοις καὶ τῷ αἰάντι .* Varinus in voce ῥοίτειον hæc Eustathij verba refert mendosissime & laciuose in hunc modum: *ῥοίτειον πόλις ἐπὶ λόφῳ, συνεχῆς δὲ τῷ ῥοιτείῳ ἢ τῶν ἐφ' ἣ μῆμα καὶ ἱερὸν αἰάν-τῳ, καὶ ἀνδριάς ὄν ἀντώνιῳ μὲν εἰς ἀήνητον ἐκόμισε χρεῖζόμενῳ . Ἡ αἰ-γυπία κλεοπάτρας σὺν ἄλλοις ἀναθήμασιν . Ἄρατῳ δὲ λέγει μετὰ τὸ ῥοίτειον τὸ Σίγειον πόλις κατεσπασμένη καὶ τὸ ναύσταθμον καὶ τὸ ἀρχαῖον στρατόπεδον, καὶ ὅτι ἡ ᾠδὴ αἰ-ἀπὸ ῥοιτείου μέχρι Σιγείου, καὶ τῷ μῆματῳ τῷ ἀχλλέως, ἐναντίας εὐδυποῖ ἢ ἐπὶ σάδια . πρὸς δὲ τῷ Σιγείῳ ἀχλλέως μῆμα καὶ πατρό-κλου καὶ ἀντιλόχου, καὶ ἐναυλίζουσι τούτοις καὶ τῷ αἰάντι οἱ ἱλιεῖς .* Quot hic sint vulnera & hiatus, non est necesse, vt ego iudicem, quum lo-
cum

cum oculis subiecerim. Eustathij verba hunc habent sensum : Dicit igitur & Geographus Strabo, Rhœtion est vrbs in colle : continuum autem Rhœtio est litus, in quo Aiæcis sepulchrum & templum, & statua quam Antonius quidem in Ægyptum im-portauit, gratificans Cleopatrá Ægyptiæ, vnà cum alijs donarijs . Aratus verò reductam Rhœtiensibus reddidit, quod & Cæsar Augustus fecit in similibus quibusdã . Addit Strabo, post Rhœ-tion Sigeum est vrbs detracta & nauale, & Achaica castra, & ma-ritima regio à Rhœtio vsque ad Sigeum, & tumulum Achillis, si quis recta nauiget septem stadia . Ad Sigeum autem est Achillis sepulchrum & Patrocli & Antilochi atq; inferias offerunt, tum his tum Aiæci Ilienses . Nunc ipsius Strabonis verba afferemus, vt appareat Eustathij ἀνισορροία . ἐφ' ἣ μῆμα, inquit, καὶ ἱερὸν αἰάντῳ, καὶ ἀνδριάς ὄν ἀρατῳ ἀντωνίου κομισθέντα εἰς ἀήνητον, ἀπέδωκε τοῖς ῥοι-τεῦσι πάλιν κατὰ ἀρῶν καὶ ἄλλοις ὁ σεβαστὸς χρεῖσας . Ἰδὲ γὰρ κἀλλισι ἀναθήμα-τα ἐκ τῆς ὀφθαλμοσκόπου ἱερῶν ὁ μὲν ἦρε τῆ αἰγυπία χρεῖζόμενῳ, ὃ δὲ τοῖς θεοῖς ἀπέδωκε . μετὰ δὲ τὸ ῥοίτειον ἐστὶ τὸ Σίγειον κατεσπασμένη πόλις καὶ τὸ ναύσταθμον καὶ τὸ ἀρχαῖον λιμῆν, καὶ τὸ ἀρχαῖον στρατόπεδον & post aliquot versus : *ἐστὶ δὲ τὸ μῆμα τῆς ᾠδῆς αἰ-ἀπὸ τῷ ῥοιτείου μέχρι τοῦ Σιγείου καὶ τῷ ἀχλλέως μῆματῳ εὐδυποῦντων ἐξήκοντα σάδια* . id est, In eo litore est Aiæcis tumulus & templum & statua, quam ab Antonio ablatam & in Ægyptum asportatam, Augustus Cæsar Rhœtiensibus restituit, quemadmodum & plerisque alijs . Nam pulcherrima donaria ille quidem abstulit, vt gratum Ægyptiæ faceret, hic verò deis reddidit . Post Rhœtium est Sigeum vrbs detracta (interpretes Strabonis diruta, & Varinus κατεσπασμένη) & nauale, & Achiuorum portus, & Achatca castra . Huius au-tem maritimæ oræ spatium à Rhœtio vsque ad Sigeum & Achil-lis tumulum recta nauigantibus est stadiorum sexaginta (inter-pres Strabonis septuaginta habet, Eustathius tantum septem) Ridiculum autem est, quod pro ἀρατῳ participio, Eustathius ἀρατῳ, id est, Aratus legit . quasi verò Aratus Sicyonius potue-rit reddere, quæ Antonius abstulerit, cum constet ex Plutarcho & Polybio, Aratum multus seculis vixisse ante Antonium .

De Incitato Caij Caligulae equo. CAPVT XVII.

Nec illud prætereūdum silentio esse videtur, quod Suetonius in Caligula habet. Incitato equo cuius causa pridie Circenses ne inquietaretur, viciniae silentium per milites indicere solebat, præter equile marmoreum, & præsepe eburneum, præterq; purpurea tegumenta, ac monile è gemmis, domum etiam, & familiam & supellestilem dedit, quo lautius nomine eius inuitati acciperentur, consularum quoque traditur destinasse. Hic vterque interpretes, Beroaldus & Sabellicus, per Incitatum, agitatorum vel aurigam intelligit ex versibus Marialis. Sabellicus etiam videns structuram esse inconcinnam, mutat Incitato in Incitati. Ceterum quod tantorum virorum pace dictum sit, neuter rectè. Est enim omnino equi nomen, vt liquet ex his Dionis verbis libro vii. καὶ ἓνα γὰρ ἦν πῶν ὃν ἰγκρίτατον ἀνόμαζε καὶ ἐπὶ δειπνῶν ἐκάλει, χρυσᾶς τε ἀπὸ κειδῶς παρέβαλλε καὶ οἶνον ἐν χρυσοῖς ἐκπαύμασι πρῶτον τε τὴν τε σωτηρίαν καὶ τὴν ἰσχύλι ὀμίαν, καὶ πρῶτον αὐτὸν ἀποδείξειν, καὶ πάντως ἀντὶ τούτου ἐπεποιήκει, εἰ πλείω χρόνον ἐζήκει. id est, Atque vnum equorum suorum, quem Incitatum vocabat, etiam ad cœnam inuitabat, aureumq; hordeum illi obijciebat, tum vinum in aureis poculis eisdem propinabat, perq; salutem ipsius & Genium iurabat. postremò consulem quoq; eum declaraturum se esse pollicebatur, atque omnino hoc facturus fuerat, si diutius vixisset. Hæc non rectè conuersa leguntur in Dione Italico, Gallico, Latino Xiphilini interpretibus, Leonicensi, Claudio, & Blanco. Quid autem deceperit Beroaldus & Sabellicum, videor mihi propemodum intelligere, nimirum monstri simile futurum, si equus conuiuio adhiberetur, & consul crearetur. Sed meminisse debuerant Suetonium de monstro Caligula, non de homine se scripturum, dixisse prius. Pro me faciunt Pius Bononiensis, posteriorum annotationum cap. 24. & Cælius lib. 21. cap. 24. Illud autem mirari satis non possum, quamobrem, χρυσᾶς τε ἀπὸ κειδῶς παρέβαλλε, Pius ex Merulæ interpretatione putarit significare, apponens ei annonam hordeum; & Cælius, annona quoque apposita, & hordeo: mentione aurei omiffa. Solus Xylander vertit, vt ego vertendum fuisse cenfeo.

Emendatur

Emendatur ex Dione Tacitus, & vicissim ex Tacito Dion.

CAPVT XVIII.

Cornelius Tacitus libro vndecimo in apophthegmate Corbulonis mendosus est. Nam cum vulgo illic legatur, Nihil aliud prolocutus, quam beatos quosdam duces Romanos, signum receptui dedit: comperimus ex Dione legendum esse, quondam duces, non, quosdam duces: πρῶτον δὲ τοῦτο, inquit, ὁ κορβύλων ἐπαύλει τοσοῦτον μόνον ἀναβοήσας, ὃ μακάριοι οἱ πάσαι ποτὲ στρατηγισαντες, ἐς δὴ λῶσιν ὅτι τοῖς μὲν ἀκινδύνως ἀνδραγαθίζεσθαι ἐξήν, αὐτὸς δὲ ὑπὸ τῷ αὐτοκράτορι διὰ τὸν φόβον ἐπεπείδη. Sequitur apud Dionem post dios versus, locus eodem modo ex Tacito restituendus: διαφέρουσιν δὲ ἀπὸ πάντων τὸ μεταξὺ τοῦ τε ρήνου καὶ τῷ μέσῳ. pro quo Tacitus ita: Ne tamen miles otium exueret inter Mosam Rhenumq; trium & viginti milium spatio fossam produxit. Vbi pro exneret, videtur legendum, exigeret. Hic Gallicus Interpres, ex Leonicensi, vertit: entre le Rhin & le Messé. & Blancus Xiphilini interpres: inter Rhenū & Mesam. Solus Xylander, quod sciam, μέσῳ legit, & mecum sentit.

*Castigantur Cornutus & Hesychius in voce φρόνημα,
& Dionysius & Ammonius in ἰσχύλι.*

CAPVT XIX.

Phurnutus, quem aliqui Cornutum malunt appellare, in capite de Pane deo & Priapo: τὸ δὲ τῆς ἀμαλθείας κέρασ οἰκείον ἀπὸ φρόνημα. hic φρόνημα vterque Latinus interpres Clauserus & Velareus, prudentiam, vertit, secutus hanc mendosam lectionem Græci codicis. Sed legendum est φόρημα, hoc sensu, Amaltheæ autem capræ cornu peculiare illi est gestamen. Gyraldus in Priapo pag. 284. huic etiam illi cornu copiam Amaltheæ attribuebāt. Idem vitium reperi apud Hesychium in voce πῆτισθαι, vbi impressi libri nunc habent πῆτισθαι τὸ ἦν ἐφίβων φρόνημα. Eadem verba etiam apud Varinum inuenies non sine mendo. Pollux rectè: τὸ δὲ ἐφίβων φόρημα πῆτισθαι. φιλήμων ἐν δὴρωρῶν ἔργῳ γὰρ ἐς τὴν χλαμύδα κατεδέμνω ποτὲ, καὶ τὸν πῆτισον. Apud Dionysium Halicar-

nassensem libro 5. malè legitur etiam φρόνημα, pro φόρημα & φρονήσαι pro φορήσαι. κοσμεῖται ἡβέννον τὸ δπηχώριον ἧς ἑσάτων τε καὶ στρατηγῶν φρόνημα, ἑφρανον δ' ἐπίκει' ὁ δάφνης, μεμείω' ἧ καὶ τὸ σκίπτου ἡ φρονήσαι παρὰ τὸν ἕττον. Lapis rectè vertit, amictus & gestatione. Non tam modum dissimilis huic transpositio illa apud Ammoniu, quem quidam ex Eustathio iam Herénium Philonem vocant, vbi perperam vulgò legitur: λῆμα μὲν γὰρ ἐστὶ ἐνδὲ μ'. τὸ παρῆσημα τῆς τύχης, cùm haud dubiè legendum, λυχῆς, id est, præsentia animi, vt latius probauimus in scholijs nostris in solœcistam Luciani.

Defenditur vulgata Suetonij lectio, contra Paræmiographum.

CAPVT XX.

Suetonius in Augusto: Nihil autem minus, inquit, in perfecto duce quàm festinatione temeritate quàm; conuenire arbitrabatur. Crebrò itaque iactabat πεῦθε βραδέως, ἀσφαλῆς γδ' ἐστ' ἀμείνων ἢ δρασύς στρατηλάτης. Et sat celeriter fieri, quicquid fiat satis bene. Hæc lectio, cùm rectè se habeat, Erasmus in annotatione in margine Suetonij adiecta putauit esse mutandam, cuius ideo verba hic ascripti. Versus est, inquit, trochaicus tetrameter, nisi quod στρατηλάτης addidit de suo. Idem in adagio, Festina lentè. Est autem versus trochaicus tetrameter catalecticus, ex poëta quopiam, vt conijcio, decerptus, cui Cæsar de suo subiecit στρατηγός. Hactenus Erasmus, ter vno in loco lapsus. Neq; enim trochaici initium faciendum est à πεῦθε βραδέως, sed ab ἀσφαλῆς, nec στρατηλάτης siue στρατηγός Augustus de suo addidit, sed στρατηλάτης finis trochaici est etiam apud Euripidem, cuius in Phœnissis carmen est, nec si στρατηγός legeretur, carmen stare posset. Sunt autem in hoc Augusti apophthegmate tres sententiæ, quarum prima est Augusti propria: auctores habeo Anulum Gellium, Macrobius, & Polyænum Macedonem. Secunda est, vt dixi, Euripidis quod nemo quod sciam hactenus obseruauit. Quare nos totum locum hic oculis subiecimus: εἰσορῶ. δειλὸν δ' ὁ πλῆτ' καὶ φιλόψυχον κερκόν. Eteocles: καὶ δα σὺν πολλοῖς ἦλθες σὺ πρὸς τὸν οὐδέν' ἐς μάχην; Polynices: ἀσφαλῆς γδ' ἐστ' ἀμείνων ἢ δρασύς στρατηλάτης.

Hic inter se sermocinantur Eteocles & Polynices carmine trochaico

chaico. Erasmus etiam in adagio, Timidus Plutus: δειλὸν δ' ὁ πλῆτ' καὶ φιλόψυχον κερκόν, putauit esse iambicum senarium. vertit enim ita: Res cupida vitæ, sunt opes, pauidum malum: cùm ex prædicto loco constet trochaicum esse, aut trochaici bonam partem. Tertia sententia, sat citò si sat bene, Catoniana est, vt ex D. Hieronymo scribunt Beroaldus in Suetoniū, & Erasmus in prouerbio, Festina lentè. Polyeni interpres: Augustus suis ducibus imperabat, vt maximè securitatis curam agerent: & continenter hoc adijciebat, Festina lentè. Nam cautus dux cōfidenti longe est præferendus.

Caphisias videri legendum esse, & quis ille fuerit eiusq; dictum. quid ἀναφυσάν, & quis Telephanes.

CAPVT XXI.

Athenæus libro 12. de Alexandri Magni delitijs agens: περιήλθον δὲ καὶ αὐληταὶ οἱ παῖδες τὸ πυθικὸν ἡυλησῶν, εἴθ' ἐξῆς μετὰ ἧς χορῶν Τιμόθε' καὶ φρόνητ' καὶ σκαφισίας, mendose, ni fallor, pro φρόνης καφισίας, cuius secunda variè scribitur. Nam apud Plutarchum in Arato & Dæmonio Socratis, inuenio sæpe scriptam per ει. alibi modo per η. modo per ι. Erat hic Caphisias insignis tibicen. Meminit eius Athenæus idem libro 14. οὐ κερκὸς δὲ, inquit, καὶ καφισίας ὁ αὐλητὴς ὀπιβαλλομένου τινὸς ἧς μαθητῶν αὐλεῖν μέγα, καὶ τοῦτο μελεσῆτ' καὶ πατάξας εἶπεν, οὐκ ἐν τῷ μεγάλῳ τὸ εὐ κείμενον εἶν', ἀλλ' ἐν τῷ εὐ τὸ μέγα. id est, Non malè autem Caphisias tibicen aggrediente quodam ex discipulis altum tibia canere, atque hoc studio faciente, percussio dixit, Non in magnitudine sita est artis bonitas, sed in bonitate magnitudo. Hoc idem Caphisias apophthegma extat apud Laërtium in Zenone, quo etiam vsus esse ipsum Zenonem scribit illic Laërtius: ζῆνον, inquit, παρεφέρετο τὰ τὰ κερκισίου, ὃς ἐπιβαλλομένου τινὸς ἧς μαθητῆς μεγάλα φουσάν παλάξας εἶπεν, ὃς οὐκ ἐν τῷ μεγάλῳ τὸ εὐ κείμενον εἶν', ἀλλ' ἐν τῷ εὐ τὸ μέγα. id est, pronuntiabat Zeno illa Caphisias, qui incipiente quodam ex discipulis magnum inflare, percussio dixit: Non in magno consistere reatum, sed in recto magnum. Hæc Laërtij verba Ambrosius ita vertit: Adijciebatq; Caphisij illud, qui cum animaduerneret ex discipulis inflatum, atque turgidum percutiens, dixit: Non si magnus

magnus fueris, bonus eris; sed si bonus, magnus. Erasmus eum secutus: Et adijciebat illud Scaphei, qui cum animaduerneret quendam ex discipulis vehementer inflatum, percusso illo dixit, Bene non est in magno, sed in bene est magnum. Brusonius quidam: Zeno quum quendam ex discipulis inflatum tumidumq; esse nosset, sed desidem ac ignauum, percutiens tucibat: Non si magnus bonus & eruditus eris, sed si bonus & eruditus, tum demum teuera magnus eris. Decepit eos tum dictio ἐπιβαλλομένη, tum vox ambigua φυσᾶν, quæ & iactare siue spirare, & inflare tibiam, valet. Hoc ambiguo festiue lusit Hyperides orator in Demeam Demadis ex tibicina filium. Δημάδης, inquit Athenæus, ὁ ῥήτωρ ἐξ ἀλλητιδῶν ἐταίρους ἐπαιδοποιήσατο Δημάειν, ὃν φρουαῖτιον ποτα ἐπὶ τῷ βήματι ἐπέσόμεσεν ὑπερίδης εἰπὼν, ἐσιώπησῃ μεираκίον μείζον τῆ μητρὸς ἔχων ἰδ φύσιμα; id est, Demades orator sustulit filium ex tibicina meretrice, Demeam nomine, quem superbientem siue ferocientem aliquando in suggesto compescuit Hyperides, dicens: Non tacebis adolescens maiorē matre tua flatum habens? Hic interpretis quidam Latinus Athenæi, φρουαῖτιον, frementem conuertit, & Stephanus Niger, μεираκίον, vertit, ὁ adolescentula. Hoc dictum Gnomologus innominatus ad Diogenem refert his verbis: Διογένης δεασάμεν νεανίσκον οἰήματι πλήρη ὅς ἦν ἐξ ἀλλητιδῶν εἶπε, νεανίσκοι μείζον ἔχεις τὸ φύσιμα ἢ τῆς μητρὸς. Extat Demosthenis apophthegma apud Stobæum superiori simillimum, his verbis: Δημοδένης ὁ ῥήτωρ δεασάμεν τινὰ δημοαγωγὸν ἀφουῖ μέγα βοῶντα, ἔφη, ἀλλ' οὐ τὸ μέγα εὐ δεσι, ἰδ εὐ μέγα. Vixit hic Caphisias, vt iam diximus, cum Alexandro Macedone, & ad Pyrrhi ætatem peruenit, quod discimus ex apophthegmate Pyrrhi, quod his verbis refertur à Plutarcho: ἐρωτηθεὶς ὁ αὐτῆρ ἐν πνι πῶτερ πῶτερον φαίνεσσι αὐτῶν αὐλητῆς ἀμείνων ἢ κροφισίας, εἰπὼν, ὅτι πολυασέρχων σρατηγός, ὡς ταῦτα τῶ βασιλεὶ ζήτην μόνον ἢ γινώσκων κροσῆκον. i. Pyrrhus interrogatus in quadam computatione, vter illi melior tibicen videretur Pythone, an Caphisias, Polysperchon, inquit, dux. Quasi hæc sola quæsisse aut nouisse Regem deceat. Plurarchus in opere apophthegmatum (nam superior locus ex vita Pyrrhi est) ἐρωτηθεὶς δὲ πῶτερον αὐτῶν ἢ κροφισίας αὐλητῆς ἀμείνων πολυασέρχων ἔφη. Vbi Erasmus vertit, Charisius. Theon sophista, & Stobæus, Saryrum & Anti-

& Antigenidam ponunt pro Pythone & Caphisias. Athenæi Latinus interpretis quidam ridiculè Athenæi verba conuertit ad hunc modum: Caphisias tibicen cum ei ex discipulis imponeret quidam, vt magnum valde modularetur, atque id curaret, percutiens, inquit, Non in magno bene, at in bene magnum esset positum. Pollux de tibijs agens: ἐπὶ τῶ ἀλλῶν, inquit, ἐμφυσᾶν ἢ ἐμπνεῖν φαίης ἀν ἢ καταπνεῖν ἢ καταπνεῖν τὸ πνεῦμα εἰς τῶ ἀλλῶν, omisit φυσᾶν, quo hic vsus est Laërtius, & ἀναφυσᾶν, quo vitur Athenæus in apophthegmate vel scommate potius Stratonici, de Telephane tibicine. Ἰδν εὖ τηλεφάνη, inquit, ἐπεὶ ἀναφυσᾶν ἤρχετο φέροντα κείμεν ἔση ὡς οἱ ἐρυγγάνοντες. quod nos olim sic vertimus: Stratonicus proximis accumbens Telephani tibiam inflare incipienti, Quem admodum eructantes, inquit. hic nos ἀναφυσᾶν inflare tibiam vertimus, propterea quod apud Suidam legissimus τηλεφάνης, paroxytonum esse nomen tibicinis, & Τηλεφάνης oxytonum, procul apparentem, significare. τηλεφάνης, inquit, ἀλλητις, τηλεφάνης μακρόθεν φανόμεν. Quin libro quoque tertio authologiae Græcorum epigrammatum extat hoc ἀδελιον in Telephanem:

ὄρφευς μὲν κιθάρα πλείστον γέρας εἴλετο δντησῆ

νέστωρ δ' γλώττης ἠδὲ λόγου σοφῆ.

Τεπτοσύνη δ' ἐπέων πολυίστωρ θεῖα δμῖρ,

τηλεφάνης δ' ἀλλοῖς οὐ λέει ἐσὶν ὄση. id est,

Laudem Orpheus cithara maiorem quam tulit ullius

Nestor dulciloquo clarus ab ore fuit.

Carmine multiscius pangendo notus Homerus,

Hicq; situs celebrat tibia Telephanem.

Telephanis Samij tibicinis meminit in Atticis Pausanias, quem Plurarchus de musica Megarensem vocauit, quia in Megarico sepultus fuit, ni fallor. Animaduerte hic lector candide, quam sit arduum veteres auctores Græcos in linguam Latinam transferre, & non cuiusuis industriæ. nam nisi constaret Telephanem tibicinem fuisse, & ἀναφυσᾶν musicum esse vocabulum, poteram illud ad varios sensus trahere. Nusquā enim, nisi hic & apud Hesychiū & Pausaniam in voce γρόνδων hæctenus in significatione tibicini propria legi. γρόνδων, inquit Hesychius, ἀναφυσῆσις ἢ πρῶτῳ μανθάουση ἀλλητιαὶ ἢ κροφισίας. Eustathius in Odyssæa α'. ποσοῦτον ἄρτι

ὃν μόνον ῥητέον, ὅτι ταυτὸν ὄσιν εἰπεῖν ἀνεβάλλετο καὶ ἀνεφύσισσε. μουσικὴ γὰρ λέξις καὶ ἡ ἀναφύσισσι· φησὶ γοῦν Πωλυώνιος ὅτι ῥέοντων ἀναφύσισσι τις ἦν πρῶτως μανθάνουσα οἱ ἄλληται. Pollux: Ἰὰ δὲ πρῶτα ἤβδ ἄλλητῆς μαθήματα παῖδες καὶ ῥέοντων. Plutarchus: ἀπὸ τῆς Ἰηλαφάνης ὁ μεγαλειὸς οὕτως ἐπολέμησε ταῖς Συεργίην, ὥστε τοὺς ἄλλοποιοὺς οὐδ' ὀπιθεῖναι πῶποτε εἶσεν ἐπὶ τοὺς ἄλλους, ἀλλὰ καὶ τὸ πωδικὸν ἀγῶν. μάλιστα δὲ ταῦτα εἰπέη. id est, iam primum omnium Telephanes Megaricus adeo exofas habuit fistulas, vt tibiarū opificibus non permiserit, vt aliquid ad tibias adderent, verum hac maximè de causa à Pythico certamine abstinuit. Fuerunt autem ἄλλοι πωδικοί, qui & Τέλειοι elaboratiores alij, vt ex Polluce discimus. Demosthenes καὶ μενδίου· καὶ εἰ μὴ τηλεφάνης ὁ ἀλητῆς ἀνδρῶν βέλτιος· περὶ ἐν τῷ τότε ἐγένετο, καὶ τὸ ἀνάμα αἰδομένον· τὸν ἀνδρῶν ἀπελάσας αὐτὸς σπυροτέην καὶ διδάσκων ὦστο δεῖν τὸν ῥέοντα, οὐδ' ἀν' ἡγωνίσαμεθα ὡς ἀνδρες ἀθηναῖοι, ἀλλ' ἀδιδουκίαν· ἀν' εἰσῆλθεν ὁ ῥέοντα. Scholiastes eius orationis: καὶ ἔλασεν αὐτὸν ὁ κάλλιστος· ἤβδ ἄλλητῆς ὁ τηλεφάνης. Nunc Athenæi interpretem audiamus: Telephani vt inflare cœperat, adiacens supinus, velut eructantes dixit.

Carmen Iuuenalis præter aliorum opinionem explicatur.

CAPVT XXII.

Iuuenalis Satyra decimaquarta versus sunt hi:

— *Misera est magni custodia census,*

Dispositis prædiues hamis vigilare cohortem

Seruorum noctu Lycinus iubet, attonitus pro.

Electro signisq; suis Phrygiâq; columna,

Atque ebore & lata testudine. Dolia nudi

Non ardent Cynici. Quæ verba ideo longiore tractu

à me relata sunt, vt quibus intelligere possit, de incendio illic loqui Iuuenalem, eoq; necesse. Huius interpretes, nescio quos hamos somniant, quibus fures capiuntur, cum hami proprie piscatorij sint, & primam habeant productâ, vt testantur illi versiculi: *Casus ubique valet, semper tibi pendeat hamus.*

Quo minimè credis gurgite piscis erit.

Absurdius illud est quod s in prædiues elidunt, vt priorem in hamis producant, in re minimè necessaria miserè se torquêtes. Nam hama hauriendi & fodiendi instrumentū restinguendo incendio

accom-

accommodatum, cuius hic à Iuuenale fit mentio, priorem habet breuem, vel Columella auctore in Hortulo:

Aut habilem lymphis hamulam Bacchone lagenam.

Cato de re rustica: Hæ hama vtilis sunt. In pandectis libro primo de præfecti vigilam officio. L. Nam salutem. Sciendum est autem præfectum vigilam per totam noctem vigilare debere, coerrare calcitatum cum hamis & dolabris. Plinius in epistolis: Nullus, inquit, in vrbe sipo, nulla hama, nullum denique instrumentum ad incendia cōpescenda. Hauriendi etiam non tantum fodiendi instrumentum hamam fuisse, declarat illud Plutarchi in animalium industria. ὦν, inquit, ἄμας καὶ σκάφαις ἡμῖν ἐκ τῆ βασιλικῶν ἐρύσασθαι θεάσαν ἢ καλὴν βάρην παρέχουσα. i. ex quibus hamis & scaphis nobis ex regis spectaculis hauriendi copiam elegas Roma fecit. Vbi Interpres, reti & scapha, vertit. Meminit hamæ & scaphæ etiā adagiū, ἄμας ἀπὸ τῶν οἱ δὲ ἀπρηνοῦντο σκάφαις. In quo interpres quidā Plutarchi περὶ ἀδολεχίας matulas, hoc est, ἄμας vertit, pro ἄμας. Æschines καὶ κλησιφῶντος· ἄμα τῆ ἡμέρᾳ ἔχοντας ἄμας καὶ θηέλλας ἡμῶν.

Dictio πέπων in ὀπίσθω deprauiata, & quid ὀσπίνην.

CAPVT XXIII.

Ἦ ποσίνην μεθύσκειθ significare, nō modò Suidas testatur, sed & Athenæus, cuius ex ἐ. dipnosophistarū libro duo hic exempla adhibuimus: κρήνη, inquit, ὁρὸς ἢν φησιν ὀσπίνην τοὺς ποσειδόντας. Idem: σιωεχῶς μὲ ἐμπυλάμην ἀνδρῶν· ἄμας γίνεθ, ὀσπίνην ἢ πάνυ φροντιστικός. Idem lib. 8. λυπηθέντες τῷ πολλῶς ἀκέρῳ ὀσπίνην ἐκώμαθ, ὁρὸς αὐτῶν. i. fempori comessatum ad eum ierunt. Erasmus in adagio: *Nullus malus, magnus piscis,* perperam ὀσπίνην legisse videtur. vertit enim, simulata beneuolētia adduxerūt ad Telestagorā emptum piscem, pro ἐκώμαθ etiam ἐκώμαθ legens. Aristophanes in Auibus, ὀσπίνην ἐν ἄσει, vbi interpres Græcus, ὀσπίνην præpositionē ὀσπίνην. i. superuacaneā vel ociosam esse ait. Idem in Lysistratē: ἢ δ' ὀσπίνην καὶ γυνὴ πρὸς τῆς ἰσθμῶν. Idem in τάλυσις· ὀσπίνην ὡς ἀνδρες καὶ κελῶς ἡράσμεν: vbi vulgo, ὀσπίνην legitur. Idem in pace, αὐτὴ θεωρία ἐν ἢν ἡμεῖς ποτε ἐπιόμεν βεγυρῶνα δ' ὀσπίνην ὀσπίνην: pro ὀσπίνην, perperam. βεγυρῶν, inquit Scholiastes, ἰσθμῶν ἀπὸ τῆς ἀπὸ τῆς ἐν τῷ ἰσθμῶν ἡρόντο καὶ μεθύσκειθ πολλὰς ὀσπίνην ἡρατῶν. malè apud scholiastem ὀσπίνην legitur. Est autem θεωρία hic meretricis

nomen, & ἐπιούμεν, ἐσυνουσιάζομεν, ἠλαύνομεν significat auctore Suida. Hæc, inquit, Theoria est, quam aliquando subegimus Brauronem versus comessati siue poti. Apollodorus Carystius Comicus Machonis æqualis in Grammatidiopœo (est hoc fabulæ nomen, pro qua ῥαμματῶδεπιού, legit ex Suida Gyraldus Lilius)

ἐξὸν ἰλαροῦς, παύζοντες, ὑποπεπωκότας,
ἄλλουμένοις, ὅδ' ἰλέγειν, ὃ Ἰλυυτῶται.

Tametsi hoc quoque loco ὑποπεπωκότας legitur perperam. hoc sensu: *Latius ubi, ludentibus, potis, licet*

Ad tibiam & sic dicere ὀδουλίσιμα.

Athenæi interpres multo aliter intellexit vertens ad hunc modum:

Donec licebat ferre concidenti opem

Lato canore & recreato tibia, & cetera.

Similis menda extat apud Plutarchum in sympotiacis decados primæ cap. 2. Nam pro καὶ γὰρ ἦσαν μετρίως ὑποπεπωκότες, legitur ὑποπεπωκότες. Vnde interpres deceptus deprauata lectione, vertit, percussit, cum vertere debuerit mediocriter poti. Apud Xenophontem quoque expeditionis Cyri Minoris libro 7. par huic mendam est: ὁ δὲ ξενοφῶν (ἦδη γὰρ ὑποπεπωκὼς ἐτύχχανεν) ἀνέστη διαβρῆλεως δεξάμενος τὸ κέρας, id est, At Xenophon (iam enim potus erat) surrexit, audacter accipiens corneum poculum. Romulus Amalæus vertit, At ille cum ante accumberet, nimirum ut impressum est, ὑποπεπωκὼς legens. Apud eundem in 5. hellenicῶν οἱ μὲν τοὶ ὄψιθιβαίον ἰππεῖς ἐφύκεσαν ὑποπεπωκόσι που ἐν μεσημβρία, perperam, pro ὑποπεπωκόσιν. Nam sequitur in sexto libro: ἐν δὲ τῇ μεσημβρίᾳ ὑποπνόντων καὶ τὸν οἶνον παροξύναι τι αὐτοῦς ἐλέγετο. Hæc Brodæus, vir alioquin oculatissimus, in suis in eum auctorem annotationibus non animaduertit.

Emendatur Luciani exemplar. CAPVT XXIV.

Lucianus de saltationibus, de fabulis siue argumentis quæ pantomimo suppeditat Thesalia: καὶ θεσσαλία ἣ ἐπὶ πλείω παρέχει ἢ πελάειν, τὸν ἰόντα, τὴν ἔλκεσιν, τὸν ὄψι πεντήκοντα νηῶν στόλον. Hic Obscœus vertit, classem quinquaginta nauibus cōgregatam. Ego hic omnino legendum censeo πεντήκοντα νέων, id est, quinquaginta iuuenum

iuuenum naualem expeditionem, vt de Argonautis loquatur, qui secundum quosdam, numero feruntur fuisse quinquaginta. Philostratus in imaginibus de eis agens: ὅφ' οὐδ' οἱ πεντήκοντα ῥαμάμενοι τὴν εἰρεσίαν. Diodorus Siculus in eorum numero sibi non constat, quod numeri forte apud illum sint deprauati. Atque vt veram esse intelligas nostram castigationem, Lucianus hic res in Thesalia gestas recenset, Pelias, Iasonis, Alcestidis; sequiturque, Argo & loquax eius carina, vt taceam nusquam illum præterea de Argonautis esse locutum.

Quædam apud Philelphum & Regium meliora esse, quàm apud Erasmus. CAPVT XXV.

τὸν στρατῶτην significare militem, & τὸν στρατηγὸν ducem, prætorem, vel imperatorem, quem Plautus etiam Strategū appellat, etiam pueris notū est. Quare mirari satis non possum, quid mouerit Erasimū vt in 2. apophthegmate Secundi Antigoni, τοὺς πολεμικοῦ στρατηγῶν, verterit, Ptolemæi milites, cum Philelphus rectè prætores, Regius duces sint interpretati. In Timothei Atheniensium ducis apophthegmate 2. vbi Græcè est, ἦν δὲ πολυηρῶν στρατηγῶν πιν. idem Erasmus vertit, Audace quodam milite; cum etiā Regius, quodam ex temerarijs imperatoribus, Philelphus ex audacibus prætoribus, rectè verterint. Sed in Epaminonde quoque apophthegmate septimo: Ἰδιῶτα ποῦ ἔπει λαμβάνειν ἐπαιδείους, ἐλλὰ μὴ στρατηγούς, Erasmus vertit, Eiusmodi munera à scortillis accipi oportere, non à militibus, Philelpho rursus, à prætoribus: Regio, imperatores, vertentibus. Quin etiam in vita Pelopidæ vbi Timothei apophthegma repetitur, interpres Plutarchi rectè verterat, ducem vel imperatorem. Angelus quoque Politianus in narrationibus amatorijs de Pelopidæ agens: Pelopidæ, inquit, vni ex Thebani exercitus militibus, vbi Plutarchus Græcè στρατηγῶν, id est, prætoribus, habet. Suidas, ποῦ ὄψι στρατηγῶν ἀποδείξει εὐείας κάμινθαι παῖς κελύκου τῶ πολεμικοῦ μοναρχήσαντ' ὃν στρατῶτα ἢ ἰδίω. Ἰδιῶτα οἱ ῥωμαῖοὶ ἀνομιᾶς ἦσαν στρατηγῶν. Cicero in apophthegmate Periclis etiam στρατηγὸν prætorem interpretatur.

*De Iphicratidibus, & castigantur Lexicographi &
Varinus. CAPVT I.*

QVI Lexica Græcolatina confecerunt, atque illud etiã quod ad Adrianum Iunium auctorem refertur, scribunt *ιφικρατίδας* calcæamata Attica esse, quorú Athenæus meminerit in philosophica historia, sed errant. Nam nec Athenæus philosophicam historiam scripsit, nec Iphicratidum calceorum vsquam meminit. Legendum autem Damascius ex Cœlio & Suidæ his verbis: *ιφικράτης* εἶδ' ὁ ὑποδήματ' ἀπὸ ἰφικράτους. *δαμάσι* ἔν φιλοσόφῳ ἰσορίῃ. εἴποτε ὃ ἰὸς ἀπὸ ἰφικράτους, ἢ ἰὸς *σωλήνη* σάνδαλα περὶ δεξιῶν περὶ εὐνόσει, *ιφικράτης* σκυτέως πατρὸς ἀδελφεῖ ῥήτωρ καὶ στρατηγός. Hęc Suidæ verba apud Varinum miserè cōcisa leguntur, ad hunc modū: *ιφικράτης* εἶδ' ὁ ὑποδήματ' ἢ ἰὸς *σωλήνη* σάνδαλα περὶ δεξιῶν περὶ εὐνόσει; ceteris omiſſis. Meminit Iphicratidum his verbis Diodorus Siculus lib. 15. *ιφικράτης* ἰὸς ὑποδήσεις τοῖς στρατιώταις εὐλύτοις καὶ κίφαις ἐποίησε ἰὸς μέγχι τῶ νῦν *ιφικρατίδας* ἀπ' ἐκείνου καλεμένους. Pollux: ἀπὸ ὃ ἦν χροσμένον *ιφικρατίδας*, *δεινιάδας*, ἀλκιβιάδεια, *σινδυρία* μινυράκια ἀπὸ μινυάκου.

Mynacum sutorem fuisse, non fabrum, & *ῤουρὸν* pedis malleolum vel talum significare, non *fabrorum malleum*.

CAPVT II.

Stratonici apophthegma huiusmodi tradit Athenæus: *μινάκι* ὃ ἀπὸ περὶ μουσικῆς διαμφοσιβιτῆντ' ὃ, ἢ *πρωσέχην* ἀπὸ ἔφθ, ὅτι ἀνώτερον ἢ *σφυρὸν* λέγει. i. Stratonicus Mynaco sutore secum de musica disceptante, negabat se illius rationē habere, eò quòd supra pedis talū siue malleolū loqueretur. Erasmus hoc multo aliter: Idem Mynaco fabro, vt opinor, secum de musica disceptanti, Non animaduertis, inquit, te supra malleū loqui. Mynacum autē non fabrum fuisse, vt opinatur Erasmus, sed calcæarium, docent Hesychius & Pollux in capite περὶ ὑποδημάτων lib. 7. *μινάκια*, inquit, ἀπὸ μινάκι. id est, Mynacia calcei sic appellati ab auctore Mynaco calcæario. *μινάκου*, inquit Hesychius, ἰὸν σκυτοτόμον ἀφ' ἔϋ ἰὸ μινάκιδ' τὸ ὑποδήματιδ'.

δησιδ'. Hęc tamē verba apud eum nō nihil sunt depranata. Porro *σφυρὸν* tono & declinatione differt à *σφύρα* malleo. Erasmus in adagio, *Ne sutor ultra crepidam*, iam dictum apophthegma ita vertit: Stratonicus citharædus fabro secum de musica contendente, Non sentis, inquit, te ultra malleum loqui? Cœlius & interpretæ Athenæi rectè, supra talum loqueris, verterunt.

*Defenditur vetus Athenæi lectio, & notatur Erasmus in voce
καλλόμεν'.* CAPVT III.

Extant apud Athenæum in octauo libro de Stratonici eiusdē dictis Machonis comici hi fenarij,

Ἰάλτης κακὸς στρατόνικον ἐσιῶν ποτὲ
ἐπεδείκνυτ' ἀπὸ τὴν ἰεχνίω παρὰ τὸν πότον,
οὐσὺς ὃ λαμπρῶς καὶ φιλοτίμου τῆς δοχῆς
καλλόμεν' ὁ στρατόνικ', ἐκ ἔχων δι' ὃ, τῶ
διαλέξειδ' ἑτέρω συγκατέδρα τὸ ποτήριον.

Id est, quemadmodum olim sumus interpretati:

*Psaltes malus Stratonicon vt cana accipit,
Ostentat illi artem suam inter pocula:
Sed splendidus quando apparatus is fuit,
Offensus & cantu eius haud habet alium,
Qui cum loqui tum possit, ille poculum fregit.*

καλλόμεν', vt Suidas, Eustathius & Budæus annotarunt. i. ὁ τοῦ Ἰάλτου ἀκροόμεν', quemadmodum κιδαιζόμεν' & ἀλλοόμεν'. ὁ τὸ κιδαιζοῦ καὶ τὸ ἀλλοοῦ ἀκροόμεν'. Iosephus in 11. ἀρχαιολογίας ὠδευον μετὰ χαρῆς καὶ πρηνῆς καλλόμενοι καὶ κατακλιμένοι τοῖς κυμβάλους. i. iter faciebant cantorem auscultantes, vel psaltæ operam dantes. Plutarchus in εἰ. *πρωσβυτέρω* πλιτάρτῳ. τὸν πλιτάρκον ἐκδύσαντες τὴν κλοντὴν καὶ κατακλιέντες εὐωχίσομεν αἰεὶ κατακαλλόμενον καὶ κατακλιόμενον. Philetærus apud Athenæum lib. 14.

ὃ ζ' εὐ κελὸν γ' ἐσ' ἀποδανῆν ἀλλοόμενον,
ἰούτοις ἐν ἄδου καὶ μόνους ἐξουσία.
ἀφροδισιάζειν ὅτιν. οἱ δὲ τοὺς πρῆποις
βυπαρῶς ἔχοντες μουσικῆς ἀπειρία.
εἰς τὸν πότον φέρουσι τὸν τεθημένον.

Cleomedes in 2. ἐν πολλῇ ἢ ἀρχήμονι μέδῃ καταυλούμεν Θ. Xenophon in 4. παιδείας· οἱ δὲ μῦθοι καὶ ἔπνοι καὶ εὐωχοῦντο καὶ ἠυλοῦντο. Aelianus in varia historia de Byzantium luxu agens: καὶ τὸ ἔργον αὐτοῖς ἀνλεῖδης, Ζάλαπγρᾶ δ' οὐδὲ ἀρχὴν ὑπομένουσι. Idem de Dionysio tyranno: Τελειώτατον ἦ μνηστραυρῆς καὶ κρούων ἴμπερα καὶ καταυλούμεν Θ δὲ τὸν βίον κατέπεραν. Athenæus quoque de Syracusanorum luxu: καὶ καταυλούμεν Θ φρὸς γελωνίδ Θ πολυκότου φόρον, ὡς ἴε τὰς πόδας ὅλας τοῖς τῶν Συνηχέδης. Lucianus in bis accusato de Polemone: φαισχίαν ἔχων καὶ καταδόμεν Θ. & paulò post: διὰ τ' ἀγρᾶς μέσης καταυλούμεν Θ, ἔδ' ἔποτε νήσαν. Apollodorus Carystius,

ἐξὸν ἡλαροῦς παίζοντος ὑποπεπικώτας
ἀυλουμένοις ὁ δὲ λέγειν ὁ Γλυκυτάτη.

Diuus Bassilius περὶ εὐχαιεῖας. ἀλλ' οἶδατε τὸν γαστριζόμενον καὶ καταυλούμενον. id est, Ventri indulgentem sub tibicine. Lucianus de saltationibus κάθηται καταυλούμεν Θ, id est, sedes tibiarii modulis delinitus siue oblectatus. Paræmiographus in adagio, Bos ad præsepe, putat locum mendosum, & φραλλόμεν Θ legendum, haud dubiè ipsemet in eo φραλλόμεν Θ. Quare nihil hic mutandum censemus. Erasmus in apophthegmatum opere vertit, illo cante: Athenæi interpretes, cantans Stratonicus, vertit. Henricus Stephanus nobiscum facit in suis obseruationibus.

Defenditur eiusdem Athenæi alius locus in Tichiunte.

CAPVT IIIII.

Eodem fermè loco Athenæus rectè habet: ἐν τειχεῦντι δὲ τῆς μιλήτου. id est, in Tichiunte Milesij agri loco. Docet hoc Arcestrati Orphodædali carmen, quod extat eiusdem Athenæi libro septimo, in hæc verba:

καὶ σκάρον ἐξ' ἐφέσου ζήτης χειμῶνι δὲ τριπλίαν
ἔδ' ἐνὶ ψαφραῖ ἠφθίεισαν τειχεύσαν
μιλήτου κόμη λάρων πέλεις ἀγκυλοκόλων.

Eodem libro Athenæus de hoc Arcestrati carmine ait: ὁ δὲ πολυέσως ἀρχέστρατ Θ ἐπιμύεσας τὰς χ' τειχεῦνται τῆς μιλησίας τριπλίαι, ἐξῆς φησι καὶ θάσων ὁ τῶν τριπλίαν κ' οὐ χείρονα λήψη ταύτης ἢν ἐρυθραῖς θηρέεσσι αἰγιαλίταις.

Thucy-

Thucydides quoque in ultimo: ἐλθόντ Θ δὲ ἀλκιβιάδου ἵππων εἰς τειχεύσαν τῆς μιλησίας. id est, cùm Alcibiades venisset equo Tichiussam oræ Milesiæ locum, vt Valla illic rectè vertit. Minimè igitur sunt audiendi, qui pro ἐν τειχεῦντι legunt ἐνυχῶντι, tametsi Erasmus, & eum secutus Interpres quidam Athenæi, verterunt: Cùm fortè venisset Miletum. Totus Athenæi locus est: ἐν τειχεῦντι δὲ τῆς μιλήτου μιγάδων οἰκοῦντων, ὡς ἔωρα πάντας τοὺς ἴαφοις ξενικοῦς ὄντας, ἀπώλωμεν ἔφη, παῖ, ἐν ταῦτα γδ οἱ ξένοι εὐόκησι ἀποδησκειν.

Quid ἠπήτης, & adagium ὑφάντου πλείσαντ Θ ἠπήτης ἐτύφθη.
id est, Ob textoris erratum sartor vapulauit.

CAPVT V.

Ait Erasmus in Chiliadibus prouerborum: ὑφάντου πλείσαντ Θ ἠπήτης ἐτύφθη. id est, Ob textoris erratum Hypetes vapulauit, cùm quod hic peccant, alius dependit. Quid sit Hypetes, nondum apud auctores repperi. Hæc Erasmus, quem Græci codicis deprauatio decepit. Est autem legendum, ὑφάντου πλείσαντ Θ ἠπήτης ἐτύφθη. i. textore lapsò sartor vel futur vapulauit. Thomas Magister: ἀπέτης ἱματίου λογεγραφικὸν καὶ ἀκέμεν Θ ἱμάτια. Λουκιανὸς ἐν νεκρομαχίᾳ: μιὰ δ' ἀκέμεν Θ ἴα σαπρὰ ἦσσι ὑποδημάτων ἠπήτης δὲ πριπτικώτερον. Ο μνη Θ ἐν βαβαχομομαχίᾳ, ὁ δὲ ἠπήτης μοι ἐπέση, ἰδὲ δὲ βράπτης κοινόν. καὶ ἀκέσαδς μέν τοι καὶ ἠπήσαδς ἀπικαί. ἀεσείδης ἐν τῇ κοινῇ ἀπολογία ἦσσι ἱματίων ἦσσι ἠπημένων οὐδ' ἐν διαφέροντες: καὶ ἀεσοφάνης ἐν δαιταλεῦσι. καὶ κόσπινον ἠπήσαδς. καὶ ἀκέσρα ἢ βελόνη. Λουκιανὸς ἐν τῷ ἔρμου καὶ χάρων Θ διαλόγῳ. καὶ ἀκέσραν ὑπὲρ τῆς ἰσίου. De hoc Aristophanis loco Phrynichus: ἠπήσαδαί ὅτι μὲν αἰτᾶξ παρ' ἀεσοφάνη ἐν δαιταλεῦσι παίζοντι τὰς ἠσιόδου Συνηχέας, καὶ κόσπινον ἠπήσαδς. σὺ ἦ λέγε ἀκέσαδς τὸ ἱμάτιον. Hesychius, ἀπήτεια ἀκέστια. Eustathius & Varinus ex Ἄλιο Dionysio: ἀκέστια οὐκ ἠπήτεια. Μένανδρ Θ ἐξαιέσαδαί μοι δοκεῖ τὸ δὲ ἰλιον, καὶ ἱμάτιον ἀκούμεθα, τὸ ἦ ἠπήσαδς πανταλῶς βάρβαρον.

Emendatur Herennij Philonis codex. CAPVT VI.

Extat de differentijs vtilissimus libellus, quem quidam Ammonio tribuunt, alij secuti auctoritatem Eustathij ad Herenium
k Philonem

Philonem referunt. Sed dolendum est, eum tot in locis mendosum esse, quorum vnum hic adscripti: *ἑπικηρύξαι*, inquit, *ἢ ἑπικηρυκίσασθαι διαφέρει*. *ἑπικηρύξαι μὲν γὰρ ἔλεγον τὸ ὑποχρεῖσθαι χρημάτων δώσειν πρὸς συλλαβόντι καὶ ἀνάγοντες ἢ ἀποκλείναντες ἵνα ἴσθι καταδικασθέντων. οἱ ἄθηνῶν αἰοὶ ἐπικηρύξαν εἰμὲν τις ζῶντα ἀνάλοιο δι' ἀργυρῆν τὸ μῆλιον δώσειν ἰάλαυτον, εἰ δ' ἀνάλοιο ἡμῖσι, pro quo legendum, ἀναγαγόντι ἢ ἀποκλείναντι τινὰ ἴσθι καταδικασθέντων οἱ ἄθηνῶν αἰοὶ ἐπικηρύξαν, εἰμὲν τις ἀνάλοιο διαγόμεν ἴδον μῆλιον δώσειν ἰάλαυτον, εἰ δ' ἀνάλοιο τὸ ἡμῖσι. id est, ἑπικηρύξαι enim dicebant promittere pecuniam se daturos, qui viuum cepisset & retraxisset, siue reduxisset aut occidisset aliquem ex cōdemnatis. Athenienses decreuerunt, si quis viuum reduxisset Diagoram Melium, se daturos talentum; sin interemisset, eius dimidium. Dissentit tamen ab Ammonio hic Aristophanes eiusq; Interpretes, qui interfectori talentum promissum scribunt, viuum adducenti duo talenta. ἀνεκήρυξαν πρὸς μὲν ἀναίρησασθαι ἀργυρίου ἰάλαυτον, πρὸς δ' ἀζῶντα κομισσῶντι δύο. Aristophanes in *Auibus* : ἢν ἀποκλείνη ἴς ὑμῶν διαγόμεν τὸν μῆλιον, λαμβάνειν ἰάλαυτον. Aristophani assentitur Diodorus libro 13. *διαγόμεν*, inquit, *ὁ κληθεὶς ἀθεῖσθαι διαβολῆς τυχεῶν ἐπὶ ἀσεβείᾳ καὶ φοβηθεὶς τὸν δήμον ἐφυγεν ἐκ τῆ ἀπικηρίας. οἱ δὲ ἄθηνῶν αἰοὶ πρὸ ἀνελεῖντι διαγόμεν ἀργυρῆν ἰάλαυτον ἐπικηρύξαν.**

Indicatur Ambrosii interpretis Laërtij & Gyraldi lapsus.

CAPVT VII.

Scribit in vita Aristotelis Diogenes Laërtius, Aristotelem scripsisse in Hermiam eunuchum *ῥεῖνα*, qui *ῥεῖνα intus, penitus*, siue inferius in eadem vita scriptus habetur: *πρὸς ἐρμείᾳ*, inquit, *πειῖνα ἐγραψέν ὃς ἐνδον γέγραπται*. Hæc verba Ambrosius ita conuertit, *Hermiæq; ῥεῖνα scriptissē*, qui *ἐνδον*, hoc est, intus scriptus est. Gyraldus in poetarū historia multo absurdus: *Scriptus*, inquit, & *ῥεῖνα* in Hermiam eunuchum, quem *ἐνδον* inscripsit.

Adagium, πάντα κινεῖν κάλων, apud multos deprauatum.

CAPVT VIII.

Ex adagiorum ignoratione multa passim apud auctores mendæ nascuntur. Nam in Homilia D. Ioannis Chrysostomi de reprehenden-

prehendendis fratrum delictis, vbi Græcè est: *πάντα κίνησον κάλων*, id est, *Omnem moue rudentem*, Interpres perperam vertit: *Moue quicquid ei prodesse credis*. Erroris occasionem illi præbuit dictio *κάλων* per *ὁ μικρὸν* excusa, cum per *ὁ μέγα* ferè scribatur, more Attico. Per *ὁ μικρὸν* etiam scriptam reperi apud D. Ignatium epistola 5. *καὶ*, inquit, *παύειν περῶνται τὰ καὶ τὸν εὐαγγέλιον ὁ πάντα κάλων κινεῖν εἰς τὸν αὐτὸν κατασκήν. ἢ γὰρ ἂν οὐ πάντα ἦν ποιηρὸς, ἀλλ' ἐπαίδευτο ἴς εἰαυτὸ ἀπωλείας. id est, Impedire conatur crucem, qui omnem mouerat rudentem, ad crucem apparandam. Nam alioqui non profusus fuisset malus, sed sensisset suum interitum. Hic vetus Interpres: Ipse omnia euocans mouet in suam perniciem. Nouus Interpres quidam: *Quiq;* omnia ante auxilia ad excitandam crucem commouerat euocaueratq; . In epistola Arrij hæretici quæ extat apud Theodoretum Ecclesiasticæ historiae libri 1. capite 5. rectè legitur: *μεγάλως ἡμᾶς ἐκπορθεῖ καὶ ἐκδιώκει καὶ πάντα κάλων κινεῖ καὶ ἡμῶν ὁ ἐπίσκοπος, ὡς ἐκδιώξει ἡμᾶς ἐκ τῆ πόλεως ἀνθρώποις ἀθώους. Sed malè apud Epiphanium Cypri: *μεγάλως ἡμᾶς ἐκπορθεῖ καὶ διώκει καὶ πάντα κάλων κινεῖ καὶ ἡμῶν ὁ ἐπίσκοπος, ὡς ἐκδιώξει ἡμᾶς ἐκ τῆ πόλεως ὡς ἀνθρώποις ἀθώους. Notanda hic est diuersa lectio, quemadmodum & illa in eadem, vbi rectè legitur *ἀεργυρῆς* apud Epiphanium, pro quo inepto sensu, Theodoretus habet *ἀργυρῆς*. Atqui in fine epistolæ rectè est apud Theodoretum *Κυλλουκηνίς α*, perperā apud Epiphanium *σὺν λουκηνίς α*. Langus etiam rectè apud Nicephorum, Collucianista. Epiphanius Latinus Interpres historie Ecclesiasticæ, quam tripartitam vocant, Omnem, vt aiunt, rudentem mouet, melius quàm Camerarius: Omnia aduersus nos mouens, reliquis ommissis. Ignatij interpretes videntur legisse: *πάντα κελῶντε καὶ κινεῖν*. Apud Alexandrum Trallianum libri 1. capite 15. mendose est, *καὶ δὲ πάντα χόθεν βοηθεῖν τὸν ὀπισθήμονα, καὶ φυσικοῖς χεῶμενον ὀπισθημονικῶ λόγῳ καὶ μετῶδω τεχνικῇ καὶ ἴδ λεγόμενον πᾶσι κινεῖν τὰ κελῶς σπεύδοντα μακρὰς νόσου καὶ μοχθηρὰς ἀπαλλάξαι τὸν κάμοντα. Vbi legendum indubie: *πάντα κινεῖν τὸν κάλων, vel, πάντας κινεῖν τοὺς κάλους*. Gregorius in epitaphio D. Basilij: *καὶ ὡς κάλως ῥαγείς ὑπεχώρησε*. Bilibaldus *καλῶς*: legit, vertens, pulchrè fractus, pro, funis ruptus, pag. 88. Auctor huius prouerbij est, ni fallor, Euripides in *Medea*, hoc versu: *ἐχθροὶ γὰρ ἐξέλασι πάντα δὴ κάλων, quem versum*****

transtulit etiam D. Gregorius in *χρῖσθὸν πάροντα* tragœdiam suam. Epigrammaticus :

καλλιμαίχρου τὸ τορδύτὸν ἔσπ' Ἰόδε, δὴ γδ' ἔσ' αὐτῷ
ἀνὴρ τοῦς μουσαῶν πάντας ἔσεισε κάλως.

λέγει ὁ ἐπὶ τῆς πάσης περιουρίας χρωμένων, inquit Suidas, interpres Aristophanis, & Varinus cum Zenobio : παρῆν ὁ ἄπὸ τῆς πλεόντων καὶ χειμαζομένων καὶ τὰ χροινία ῥιπθόντων σὺν ταῖς ἀκύραις ἐπὶ διαλασσαν ὡς ἴε τὸ κλύδων ὁ ῥύσαδ' ἰὸ πλοῖον. Moschopulus : πάντα κάλων κινεῖν, ἐπὶ τῷ ἐν ἄλλως ἀπεδελόντων. ἢ μεταφορὰ ἀπὸ τῆς νευπλομένων οἱ πνες πάντα ἰὰ χροινία κινούσι. πάντα κάλων κινεῖ, ἀντὶ τῷ πάσαι μηχανῆν. Vulgo tamē illic legitur οὐ κάλως, pro, οὐκ ἄλλως, quam lectionem securus Geraldus, vertit, de ijs qui rectè aliquid non instituunt.

Explicatur Gregorij locus ex adagio.

CAPVT IX.

Adagij ignorantio parit vbique etiam magnam obscuritatem, adeò, vt qui cum laude veterem aliquem auctorem vertendum susceperit, necesse habeat ea omnia cognita habere, quod non fecit Gregorij Theologi Interpres in 2. inuectiua in Iulianum, ita hæc Græci auctoris verba vertens : Τοῦτό τοι ἀντὶ ποδὸς ξεινήιον, ἂ λῶσε καὶ Σιμετώτατε, ἵνα σε προσείπω τοῖς σοῖς. ταῦτα οἱ τῆς λόγων ἀποκρίσαντες ἡμεῖς κατὰ τὴν μεγάλην καὶ θαυμασὴν σου νομοθεσίαν ὁρᾶς ὡς οὐκ ἐς ἴελα ὁ ἐμέλλομεν Σιωπήσασθαι, οὐδὲ ἀλογίαν κατακριθῆσασθαι τοῖς σοῖς δόγμασι, ἀλλὰ ῥήξεν φωνὴν ἐλαδδέων καὶ τῆς σῆς ἐλεγκτικῆν ἀλογίας, οὔτε τὸς νεύλους καταράκτας ἐπιχεῖν μηχανῆς, τοὺς ἀπὸ αἰδιοπαίως ὑπὲρ αἰγυπθίου ἀνθρώπου, οὔτε ἠλιακὴν ἀκτίνα καὶ πρὸς ὄλιγον νέφεα καλύπτει, οὔτε χρῖσιανῶν Γλώσσαν πεδίῳ ἰὰ ὑμέτερον σιλιτεύουσαν. Proinde munus hoc tibi hospitale ante pedes est, ò optime & prudentissime, vt tuis te alloquar verbis, & hæc nos à sermonibus iuxta magnam & admirandam legislationem tuam prohibiti depromimus. Vides quod non in finem vsque tacituri, neque irrationabilitatis condemnaturi eramus dogmatibus tuis : sed liberam aliquando vocem emissuri, & tuæ stultitiæ redargutricem ? Siquidem impossibile est Nili cataractas fluuij impetum ab Æthiopia in Ægyptû ruentis compescere, aut Iliacum litus abscondi, etiam si ad tempus nebula

nebula contegatur, aut Christianorum linguam impedire, quo minus res vestras notet infamia. Hactenus Bilibaldus. Adagium autem est huiusmodi ex *Odyssææ* Homericæ libro 22.

Τοῦτό τοι ἀντὶ ποδὸς ξεινήιον ἂν ποτ' ἔδωκας
ἀντιδῶν ὀδυσσῆϊ δῶρον κατ' ἀλλιτεύοντι. id est,
*Hoc xenium tibi pro pede quem quandoque dedisti
Maximo Vlyssi mendico proprio in lare quondam.*

Verba sunt, inquit Iunius, in adagio *Pro pede xenium*, Philætij bubulci Vlyssis ad Ctesippum, quem sagitta traiecerat, illi insultantis, vt munus illud accipiat pro bubulo pede, quem ille mendicanti Vlyssi impegerat paulò ante. Admonet ibi Eustathius adagium vsurpatum à primi nominis Theologo, in eos quibus malum pro malo rependitur. Hactenus Iunius, qui non incommodè fecisset, si Gregorij locum adiecisset. Eius verba hunc habent intellectum. Hoc tibi pro pede xenium optime atque prudentissime vir, vt te tuis verbis appellem. Hæc nos quibus per tuam magnam & admirandam legem, vsu litterarû interdictum est. Vides nos non perpetuò tacituros fuisse, neque condemnandos, vt litterarum vsu per omne tempus careamus, iuxta decreta tua ? sed liberam vocem missuros, que tuam rationis inopiam arguat ? Neq; inhibere Nili cataractas vlla ars potest, ab Æthiopia per Ægyptum labentes, neque solare iubar, tametsi aliquando nube tegatur, neque Christianorum linguam vincire res vestras traducetem. Bilibaldus cum in alijs, tum verò in eo pueriliter est lapsus, quòd pro ἠλιακὴν ἀκτίνα, id est, solares radios, legit : ἠλιακὴν ἀκτῖν. id est, Iliacum litus. Vt ad adagium redeamus, Eustathij & Varini verba sunt hæc : τὸτό σοι ἀντὶ ποδὸς ξεινήιον εἰς παρομιάν ὑσερον ἔπεισεν ἐπὶ τῆς ἀντὶ κακῆς ἀπολαβόντων (Varinus malè ἀπολαβόντων habet) κακόν. ἦν δὲ Σοφὸς πάμμεγας καὶ ἱερός. ὁ κατάρξας τῆς δὲ τῆς παρομιίας, ὅς καὶ κυκλώπειον ἔφην ὡς ἐν τῆς κατὰ κύκλωπα τὴν καὶ ὄμιμον καὶ ὀλεθρίαν, ὡς ἐν τῷ οὐτὶν ἐγὼ πύματον ἔδωκα. Locus Gregorij, cuius hic meminuit, habetur ibidem in eadem pagina : οὗς, inquit, ἀπὸ τῆς ἐλλάδος ὁ εἰδὼς τὴν κυκλώπειον ἐτίμας ἱμὴν καὶ τελεταίους ἐταμείου τοῦ διαβῶ. i. quos ex eo quod in Græcia vnâ fuisset, tibi notos Cyclopico honore afficiebas, & vltimos referabas persecutioni. Bilibaldus, ac nouissimos persecutione exercuisti.

Emendatur Stobæus, & notantur Interpretes.

CAPVT X.

Animum, vt arcum intentum, habeat oportet, qui veterum scripta cum laude interpretari velit. Nam si Stobæi interpretes meminissent Simonidis Melici carminis bis positi sermone 103. & locum vitiatum facilè perpurgassent, & sententiam carminis fuissent affecuti. Prior est hic sub nomine Simonidis in threnis :

ἄνθρωπος ἐὼν μὴ ποτε φήσῃς ὅ, τι γίνῃσθαι *
 μὴ δ' ἄνδρα ἰδῶν * ὅσον χρόνον ἔσσει,

ὡκεία γὰρ οὐδ' ἐπενυπέρυσε μίμης ἔτος ἀμετέλειαις.

Hoc illi putant valere: Homo cùm sis, nunquam dixeris quid futurum sit, Neq; intuitus virum quandiu sit victurus. Fit enim citius quàm volucris muscæ Status mutatio præsentis. Posterior est ad Fauorinum relatus: ἄνθρωπος ὢν μηδέ ποτε φῆς ὅ, τι γίνῃσθαι αὐτίον, μὴ δ' ἄνδρα ἰδῶν ὄλκιον ὅσον χρόνον ἔσσει, ἀλλὰ μηδ' οἶκον ὡσπερ ἀμέλει ὁ ποιητῆς διεξέρχεται, τὴν ἤδη σκοπαδῶν ἀθροῦν ἀπώλειαν. Quæ verba ita verterunt: Homo existens nunquam dixeris quid cras futurū sit, neque homine felice viso, quandiu talis mansurus sit, neque si familiam felicem videris. Vide quomodo Homerus subitam Scopadum internecionem recenset. Hinc apparet priori loco deesse αὐτίον & ὄλκιον. Et posteriori loco legendum, non ὡσπερ ἀμέλει, sed ὡσπερ ἐν μέλει, id est, vt in carmine Lyrico melicus poëta Simonides. Loquitur enim Fauorinus de ruina domus Scopadarum & Alebadarū, de qua nos alio loco. Idem interpres 2. sermone Σιμωνίδης ὁ μελοποιός, Simonides musicus vertit, Miror hoc non vidisse Henricum Stephanum pag. 282.

Notatur Erasmus in apophthegmate Epaminondæ.

CAPVT XI.

Epaminondæ apud Erasmus apophthegma 13. animaduersione nostra opus habet. Est autè apud eum huiuscemodi: Iason Thessalorū rex venerat Thebas belli socius futurus. Is cùm Epaminondæ vehementer egenti aureorum duo milia misisset, aurū non recepit, sed ipsum Iasonem intuitus: Iniustus, inquit, imperas ipse deterior. Ipse verò quinquaginta drachmis à ciue quodam

acceptis mutuo, pro viatico exercitus inuasit Pelopōnesum. Notandum hic est contra omnium, quæ quidem viderim, exemplarium fidem, nescio quem aut quid secutum Erasmus, pro χειρῶν legere χείρων. i. deterior. Nam quod pro ἀρχαίς. i. incipis, ille imperas, vertit, cōmune est illi vitium cum Regio, cuius hæc sunt verba: Iniustus, inquit, manibus imperas. Solus Philephus rectè verterat, Iniuriam incipis. Eadem vox fefellit etiam Erasmus in apophthegmate Telephori. Ego ἀδίκων ἔφη χειρῶν ἀρχαίς sum interpretatus: Tu, inquit, cùm nulla sis à me laecessus iniuria, prior mihi iniuriam facis. Refertur hoc apophthegma non tantum à Plutarcho in apophthegmatis, sed in de demonio Socratis quoque, & apud Ælianū in varia historia. οὐκοῦν, inquit Plutarchus, ἔφη ὁ ἐπαμινώνδης ἰάσονι γὰρ τῷ θεσσαλῷ ἰαγῶ πέμψαντι δούρο πολὺ χρυσίον ἕναλχθαι πρὸς ἡμᾶς ἢ θεομένω λαβεῖν ἀρχειώτερος ἐφάνη σκοπρινῶν ἀδίκων χειρῶν αὐτὸν κατάρχειν, ὅτι μοναρχίας ὢν ἐξέστη ἀνδρα δημότιον ἐλαθέρας καὶ αὐτονόμου πόλεως ἐπέειπε διὰ ζημιμάτων. Ælianus autem ἐπαμινώνδης ὁ πολὺ μίσησθαι πένης ἦν. ἰάσονθαι δὲ αὐτῷ πέμψανθαι πεντήκοντα χρυσία, ὅδε ἀδίκων ἔφη ἀρχαίς χειρῶν. δανεισάμενθαι ἢ παρά τινθαι τὴν πολιτείαν ἵκοντα δραχμὰς ἐφ' ὅδιον, εἰς πελοπόννησον ἐπέβαλλον. Vbi Ælianus, pro διαχμὰς χρυσούς, quod habet Plutarchus, tantum πεντήκοντα, ponit. Brusonius etiam, iniustus manibus imperas, habet malè.

Quid ἀδίκων χειρῶν ἀρχαίς. CAPVT XII.

Tametī post Budæi tam accuratam de hac phrasi obseruationem neminem fore putarem, qui de ea dubitaret: faciunt tamen tam grauium auctorum errata, vt eius exemplis alia præterea nonnulla adiungenda putarim. Aristoteles igitur in Rhetoricis ad Alexandrum: Σωκράτης μου τὸν υἱόν. ἔγωγε ἀδίκων χειρῶν ἀρχαίς. Idem in alteris rhetoricis libro 2. ἢ εἴ τις φάιντο τύπην τοὺς ἐλαθέροις ὑβραῖν ἔθ, οὐ γὰρ πάντως, ἀλλ' ὅταν ἀρχὴ χειρῶν ἀδίκων. i. vel si quis cædere liberos homines dicat, contumeliam esse, neque enim omnino, vel quocunq; modo quis cadat, contumelia est, sed cùm iniuria origo apud aliquem sit prior quæ laecesserit. Demosthenes contra Aristocratem: ἂν τις ἴσπῃ πνέφῃσιν ἀρχῶν χειρῶν ἀδίκων. Idem ahibi: ὁ πότερθαι ἡμῶν ἢ ῥέε χειρῶν ἀδίκων. Lysias: καὶ εἰ δὲ ἔρε χειρῶν ἀδίκων ἢ ἔρω. Isocrates contra Lochitam: ἐτυπῆ με ἀλοχίτης

λοχίτης ἄρχων χειρῶν ἀδίκων. Vbi Georgius Valla non malè, prior laceffens iniuria. Dionysius Halicarnassensis lib. 7. γνάτωρ ὅππ οὐκ ἄρχοντες ἀμυνόμενοι. i. non primi repugnantes. Vbi Lopus, Non repugnantes magistratus. Idem in eadem facie: ἀρξάντων κρείνων παρῶν δὲ ἢ ὡς ἀνομιεῖν, εἰ μὴ τὸ ἀμύνεσθαι τοὺς ἀρξάντας. Laërtius σοικῆς κατάρχει. i. auctorem siue principem fuisse stoicæ philosophiæ. Xenophon in primo institutionis Cyri: ἀρχοντες, inquit, χειρῶν ἀδίκων. Dion lib. 46. ἐπειδὴ ἄρ ἀδίκων εἰς ἡμᾶς λόγων ἐσῆρξεν. D. Basilus de ira: ὁ μὲν ἤρξε χειρῶν ἀδίκων ὁ δὲ ἡμύνετο, ὁ δὲ ἀντεσπίνεσκεν, ὁ δὲ οὐχ ὑπέσθη. Maccabæorum libri 2. cap. 4. ὁ λυσίμαχος ὁ παρὸς πεισχαλίους κατῆρξάτο χειρῶν ἀδίκων. Ælianus varia historiarum lib. 1. c. 14. & de animalibus lib. 17. cap. 24. dictionem χειρῶν omittit, quam eandem etiam omisit Ioannes Monachus Tomi 3. pag. 11. vbi abesse hanc vocem putat Wolfius. λέγει δὲ ὁ αὐτὸς καὶ μὴ χεῖρας τοὺς κύκλους τοῖς ἀετοῖς ἀμύνεσθαι μὴν αὐτοῦ, ἀλλ' οὐκ ἄρχειν ἀδίκων, quod non videtur aliter dici potuisse, præsertim cum cycni manibus careant. Idem de iisdem: εἰσὶ δὲ καὶ παρὸς ῥόμβου ἄλλοιμοι καὶ θαρρῶσαν ἀλῆ, οὐ μὲν ὡς ἀρχειν ἀδίκων, ἀλλ' ἀμύνεσθαι τὸν ἀρξάντα. Ioannes Monachus: ἐκπέπρωκε τῆς ἑδρας ὁ κωνσταντῖνος ἢ ἀνυρέσθη πολλὰ δεξιάμενος βράβυατα, οὐτε πυχῶν τῆς ἐφέσεως καὶ ὅππ ἀδίκων ἤρξε. De Iasone Thesfalo siue Pheræo vide Ciceronem in officijs, & Xenophontem in Hellenicis.

Notatur Erasmus in apophthegmate Telesphori.

CAPVT XIII.

Erasmus in apophthegmate Telesphori, quod tamen ille perperam ad Pantaleontem refert, propterea quod Athenæus vtriusque in eadem pagella meminit, ita vertit hæc Athenæi verba: Τελέσφορον ἕνα τῶν ἀρχῶν αὐτῶν, ἐπειδὴ ἔσκαλλε ποτε ἐν Συμποσίῳ τὴν ἀριστοβόλου (γυνὴ δὲ ἦν τῆς λυσιμάχου) ὡς ἐμετικῆν οὐδ' εἰπῶν κακῶν κατάρχεις τὴν δὲ ἐμοῦσαν εἰσάγων. ὁ λυσίμαχος ἀκούσας ἐμβληθῆναι αὐτὸν ἐκέλευσεν εἰς γαλεάραν, καὶ δύνω θηρίου πεπεφορόμενον καὶ προσφορόμενον ὅπως ἐποίησεν ὑποδανεῖν. Pantaleon in Arfinoen Lyfimachi uxorem vomere solitam, torfit hunc versiculum:

κακῶν κατάρχεις τὴν δὲ ἐμοῦσαν εἰσάγων,

Dominare prauis, qui hanc vomentem induxeris.

Quod vbi resciuit

resciuit Lyfimachus, in mustela cauea inclusit hominem, ac tanquam feram circumferri iussit, aluitq; vsque ad mortem. Ego verterem, Telesphorum vnum ex præfectis suis, cum in conuiuio disterium dixisset, in Arfinoen (erat hæc Lyfimachi vxor) vt potè vomere frequenter solitam, torfissetq; in eam hunc senarium,

Auctor malorum es, hanc vomentem ductitans.

Lyfimachus audiens, iussit eum in ferarum caueam iniecti, & feræ ritu circumlatum & alitum, ad hunc modum coëgit mori. Hoc enim κατάρχεις significat, vt in capite præcedenti ostendimus.

Quod autem ad superiorem senarium attinet, suspicor illum Euripidis esse, sed τὴν δὲ ἐμοῦσαν. i. hanc mustelam argute, in τὴν δὲ ἐμοῦσαν, id est, hanc vomentem mutatum. Gaudem enim talibus deprauationibus φιλοσοφῆσαι. Plutarchus in 2. decados symposiacæ in capite primo hunc versiculum ad Timagenem refert, his verbis:

ὅς ὁ Τιμαγένης παρὸς τὸν ἀνδρα τῆς ἐμετικῆς,

κακῶν κατάρχεις, τὴν δὲ ἐμοῦσαν εἰσάγων,

παρὸς ἀθωόδωρον τὸν φιλόσοφον. id est, Quale est illud Timagenis scomma in Athenodorum philosophum, qui duxerat vxorem frequenter vomentem,

Causa es malorum, qui hanc vomentem duxeris.

Nos tamen Plutarchi locum in plerisque castigauimus. Nam vulgata eius exemplaria habent: ὅς ὁ Τιμαγένης παρὸς τὸν ἀνδρα τῆς ἐμετικῆς, κακῶν γὰρ ἀρχεῖς τὴν δὲ ἐμοῦσαν εἰσάγων, ἢ παρὸς ἀθωόδωρον τὸν φιλόσοφον. Timagenis maledicentiæ meminit 59. apophthegma Augusti, & Horatius. Athenodori philosophi præceptoris Augusti, meminere Suidas, Lucianus in Longæuis, Suetonius, Dion & Plutarchus in apophthegmatis Augusti. Huius supplicij Plutarchus περὶ φυγῆς ita mentionem facit: ὅππ δὲ εἶξαν τὸ τῆς λυσιμάχου τῶν θεοδώρων. Τελέσφορον ἐν γαλεάρα τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐξορωσφύμενον ἢ πεπεφορόμενον ἢ ῥίνα ἢ τὰ ὄππ καὶ τὴν Ἰλῶσαν ἐκτελιμημένον, ἢ εἰπῶν τῶν, οὕτως διατίθημι ἐγὼ τὰς κακῶν με ποιῶντας. Seneca quoque in 3. de ira: Nūquid ergo hic Lyfimachus felicitate quadam dentibus leonis elapsus, ob hoc cum ipse regnaret mitior fuit? Nam Telesphorum Rhodium amicum suum vndique decurtatum, cum aures illi nasumq; abscidisset, in cauea velut nouum animal aliquod & inuisitatum diu pavit, cum oris detruncati mutilatq; deformitas

formitas humanam faciem perdidisset. Accedebat fames & squalor, & illuvis corporis in stercore suo destituti, callosis super hæc genibus manibusq; quas in vsum pedum angustia lociangebant, lateribus verò attritu exulceratis, non minus fœda quam terribilis erat forma eius visentibus, factusq; pœna sua monstrum, misericordiam quoq; amiserat. Erasmus in 8. apophthegmatum libro, & Cœlius libri 17. cap. 9. huius Rhodij dictum referunt ex Seneca, sed nomen omiserunt. Rhodius quidam, inquit Erasmus, de quo nobis antè dictum est, ob intempestivâ libertatem à tyranno coniectus in caueam, in qua more nocentis bestia alebatur ad cruciatum & ignominia, amputatis naribus ac fœdata vulneribus facie, cum ab amicis admoneretur, ut inedia sibi malorû finem quæreretur: Cuncta, inquit, homini. quoad vivit, speranda sunt. Hactenus Erasmus. Cœlius autem: Seneca inquit, iraque effeminatissimam vocem illius Rhodij existimo, qui, cum in caueam coniectus esset à tyranno, & tanquam ferum animal aleretur, suadenti cuidam ut abstineret à cibo, Omnia, inquit, homini speranda sunt dum vivit. Interpres Athenæi in his verbis Athenæi conuertendis delirat. Sunt autè hæc eius verba: Dixissetq; quod esset euomendo apta, quod mala prouocaret, hanc euomentem induxit.

Notatur Ioannes Zonaras, ut Dionem malè describens.

CAPVT. XIV.

Scribit in Augusto Suetonius, quod his emendationum nostrarum libris includere visum est. M. inquit, Cicero C. Cæsarem in Capitolium profecutus, somnium pristina noctis familiaribus fortè narrabat: Puerum facie liberali demissum calo catena aurea ad forès Capitolij constituisse, eiq; Ionem flagellum tradidisse, deinde repente Augusto viso, quem ignotum adhuc plerisque auunculus Cæsar ad sacrificandum acciuerat, affirmavit ipsum esse, cuius imago secundum quietè sibi obuersata sit. Hæc Suetonij verba ita reddidit Dion in libri 45. initio: *πυθίσκου δὲ αὐτῷ ὄντι ὅτι καὶ διατελεῖν ἐν τῇ πρώτῃ πύλου μένου, ἐδόξε ἑπτὰ ἔκ κινέρον ὄναρ ἀλύσει τε αὐτὸν χροναῖς ἐς τὸ καπιτώλιον ἐκ τῶ ἐνανυ κα. διμῖδης καὶ μάστλας*
παρὰ τῷ

παρὰ τῷ δὲ ἀλλοφέναι. καὶ (οὐ γὰρ ἠπίσταιτο ὅτις ἦν) ἀπέλυχε τε αὐτῷ τῆς ὑπερσίας ἐν αὐτῷ τῷ καπιτωλίῳ καὶ χροναῖς αὐτὸν διηγῆσται τοῖς παρῶσι ἢ ὄντιν. Hæc Dionis verba Ioannes Zonaras mala fide descripsit, *πυθίσκου δὲ αὐτῷ ὄντι ὅτι καὶ διατελεῖν ἐν τῇ πρώτῃ πύλου μένου, ἐδόξε ἑπτὰ ἔκ κινέρον ὄναρ αὐτὸν ἀλύσει χροναῖς ἐκ τῶ πύλου πρὸς τὸ καπιτώλιον κα. διμῖδης καὶ μάστλας* τῷ δὲ ἀλλοφέναι. Nam cum apud Dionem sit, & flagella à Ioue accepisse, interpretatus hoc ita est Ioannes Monachus, quasi à Ioue cæsus fuisset, cum ambiguus sit sermo Dionis. Quod autem Wolfius suspicatur non *μασιζόμενον*, sed, *μάστλα ἐσχεζόμενον* esse legendum, caret ratione, cum constet Græculum esse. deceptum amphibologia. Idem error est apud Gallicum interpretem Dionis, qui ex Leoniceno vertit, *quæ illece il fut flagellé par Iupiter*. Idem Wolfius quod in eadem pagina sequitur *δημῶν χηστὰ ἢ ἐπεχείρησεν*, putat mutandam in *δημορρηπυ*, propterea quod sequatur, *εἰς τὸν δήμον ἐπαχθεῖς ἐδουλοῦνσέ τε*. Fallitur autem, cum *ἐπεχείρησε μὲν δημῶν χηστὰ* sit etiam apud Dionem pagina 180. versu 20. in Roberti Stephani editione, & sententia etiam postulet.

Pollux corrigitur in voce Ἰλλῶ. CAPVT. XV.

Ostendit iam sæpe Pollucis Onomasticon, multis mendis esse deformatum. Atque quem hic subieci locum, hoc ipsum clarè enunciat: *ἔχει μὲν δὲ τι φιλόβαλον ἢ τοῦτων γλώσσι. ἴσως δὲ οὐδὲ ἢ χηστὰς ἄποσθ. οἱ μὲν δὲ τοῖς ἄλλοις ὄνομα βαρβαρικῶν νομίσματ' εἰπεῖν ἐφυλάξατο.* id est, habet autem & venustatem quandam horum cognitio, atq; ne vltus quoq; fortè absurdus est. Puto enim alioqui Xenophontem hyllos non dicturum fuisse. Hic vitium est in voce ἄλλοις, nam nusquam Xenophon utitur eo vocabulo barbarici nominatis. Atque pro eo legendum *τοῖς Ἰλλῶις*, qua voce vtitur in primo de ascensu Cyri: *τὴν καπιτώλιον*, inquit, *ἀλεύρων ἢ ἀλφίτων ἑπτὰ ἔκ κινέρον Ἰλλῶν. ὃ δὲ Ἰλλῶ δύνει* ἐπὶ ὀβολοῦς καὶ ἡμιόβλιον ἀπηνούς, id est, Capithen farinae quatuor siglis. Siglus autem valet septem obolos & dimidium, Atticos.

Notatur

*Notatur Erasmus, qui in Periclis apophthegmate pro oculis
linguam posuit. CAPVT XVI.*

Extat apud Plutarchum & Stobæum Græcè, & apud Cicero-
nem & Valerium Latinè Periclis apophthegma, dignum quod
ab omnibus commendetur memoriæ: καὶ ποτε, inquit Plutarchus
in Pericle, τὸ σοφοκλέους ὄψε σφραττηγῶν ἐξέπιδεσε μὲν αὐτῷ παῖδα καλὸν
ἐπιπέσειεν, οὐ μόνον ἐστὶ τὰς χεῖρας αὐτῷ σοφοκλέους δὲ ἰκαδραὲς ἔχειν τὸν
σραττηγόν, ἀλλὰ καὶ τὸ ὄψει. Stobæus de cōtinentia: περικλῆος σοφοκλέους
εὐπεπῆ παῖδα δεικνύει. αὐτῷ, αὐτῷ σοφοκλέους εἶπε τὸν σώφρανα σραττηγόν οὐ
μόνον τὰς χεῖρας, ἀλλὰ καὶ ὄψιν ἔχειν παρ' αὐτοῦ δεῖ. Cicero in primo of-
ficio: Bene Pericles cūm haberet collegam in prætura So-
phoclem poetam, hiq; de communi officio conuenissent, & casu
formosus puer præteriret, dixissetq; Sophocles, O puerum pul-
chrum Pericle: Pericles ait, At enim Prætorem Sophocles decet,
non solum manus, sed etiam oculos abstinentes habere. Valerius
Maximus: Pericles Atheniensium princeps, cūm tragœdiarum
scriptorem Sophoclem in prætura collegam haberet, ac is publi-
co officio vna districtus ingenui pueri prætereuntis formam im-
pensis verbis laudasset, intemperantiam eius increpitans, di-
xit, Prætoris nō solum manus à pecuniâ lucro, sed etiam oculos
à libidinoso aspectu continentem esse debere. Plutarchus hoc di-
ctum in vita Rhetorum ad Hocratēm refert: σοφοκλέα δὲ τὸν πρᾶξι-
κόν δευσάμενον ὁ ἰσοκράτης ἐπαύμενον ἐρωτικῶς παιδὶ εἰπέειν, οὐ μόνον δὲ
σοφοκλέους τὰς χεῖρας ἔχειν παρ' αὐτοῦ, ἀλλὰ καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς. Hic Eras-
mus rectè oculos est interpretatus, cūm superius Periclis apoph-
thegma ita reddiderit: Prætor Pericles collegam fortitus est So-
phoclem poetam; cūm q; simul nauigarent ac Sophocles conspe-
